Salutaris tui domi- Compl. ne munere satiati: supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per domi.

Feria.vj. Introitus.

Prope esto domine et omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum tu es. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Hec oratio dicatur cū salutatione sine genuflexiōe. Orō.

Excita domine potentiam tuam et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui cum.

Lectio esaie prophete.xj.capitulo.

Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapiētie et intellectus: spiritus consilij et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis. Et replebit eum spiritu timoris domini. Non scḋm visionem oculorum iudicabit: neqz scḋm auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lūborum eius: et fides cinctorium renum eius. Graduale. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Scḋm

In illo tempore: lucam.j.capi. Exurgens maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in

auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria: Magnificat anima mea dominum: ⁊ exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Offertoriũ. Deus tu conuertens. vt supra in dominica secunda. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusqȝ susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dominum n. Communio. Ecce dominus veniet ⁊ omnes sancti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux magna. Complenda.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum no. ¶ Sabbato quattuor temporum. Introitus.

eni ⁊ ostẽde nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubin ⁊ salui erimus. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oremus Flectamus genua. Leua. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur: concede propicius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui cum patre. Lectio esaie prophete. xix. capitu.

In diebus illis: Clamabũt ad dominum a facie tribulantis ⁊ mittet eis saluatorem ⁊ propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: ⁊ cognoscent egyptij dominum in die illa. Et colent eum in hostijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt domino: ⁊ soluẽt. Et percutiet dominus egyptũ plaga: ⁊ sanabit eaȝ. Et reuertentur ad dominum: ⁊ placabitur eis. Et sanabit eos dominus deus noster. Graduale. A summo celo egressio eius ⁊ occursus eius vsqȝ ad summuȝ eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. Leua. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute ꝺprimimur expecta vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui te. Lectio esaie prophete. xxxv. cap.

Hec dicit dominus: Letabitur deserta ⁊ inuia: ⁊ exultabit solitudo: ⁊ florebit quasi lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit letabunda: ⁊ laudans gloria libani. Data est ei decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbunt gloriam domini: ⁊ decorẽ dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus vester: vltionem adducet retributionis. Deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tũc aperientur oculi cecorum: ⁊ aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: ⁊ aperta erit ligua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: ⁊ torrentes in solitudine: Et que erat arida in stagnum

ꝛ sitiens in fontes aquarum: Dicit dominus omnipotens. Gradua.
In sole posuit tabernaculum suum: ꝛ ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. ℟. A summo celo egressio eius: ꝛ occursus eius vsq; ad summum eius. Oremus. Flecta. ge. Leuate.
Indignos nos que- Oratio. sumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa contristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui te. Lectio esaie prophe te. xl. cap.
Hec dicit dominus: Super montem excelsum ascende tu: qui euangelizas syon. Exalta in fortitudine vocem tuam: qui euangelizas hierusalem. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce rex vester ecce dominus deus in fortitudine veniet: ꝛ brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: ꝛ opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo cōgregabit agnos: ꝛ in sinu suo leuabit eos. Dominus deus noster. Gradu. Domine deus virtutum conuerte nos: ꝛ ostende faciem tuam ꝛ salui erimus. ℟. Excita domine potentiam tuam ꝛ veni: vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. Leua. Oro.
Presta quesumus omnipotēs deus: vt filij tui ventura solennitas ꝛ presentis nobis vite remedia cōferat: ꝛ premia eterna concedat. Per eundem. Lectio esaie pphe te. xlv. cap.
Hec dicit dominus deus: Christo meo cyro cuius apprehendi dexteram: vt subijciam ante facies eius gentes: ꝛ dorsa regum vertam. Et aperiam corā eo ianuas: ꝛ porte nō claudentur. Et ante ibo: ꝛ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conterā: ꝛ vectes ferreos confringā. Et dabo tibi thesauros absconditos ꝛ archana secretorum: vt scias q̄ ego dominus: qui inuoco nomen tuum deus israel: propter iacob seruum meum: ꝛ israel electum meum. Et vocaui te nomie tuo: assimilaui te: ꝛ non cognouisti me. Ego dominus. Et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te: ꝛ non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis: ꝛ qui ab occidente: quoniam absq; me non est deus. Ego dominus: ꝛ non est alter: formans lucem ꝛ creans tenebras: faciens pacem ꝛ creans malum. Ego dominus faciens omnia hec. Rorate celi desuper ꝛ nubes pluant iustū: aperiatur terra ꝛ germinet saluatorem. Et iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. Gradua. Excita domine potentiam tuā ꝛ veni: vt saluos facias nos. ℟. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph: qui sedes super cherubin appare corā effraim: beniamin: ꝛ manasse. Oremus. Flectamus genua. Leuate.
Preces populi tui q̄s Oro. domine cleméter exaudi: vt q iuste pro peccatis nr̄is affligimur: pietatis tue visitatiōe consolemur. Qui cū: Lcō danielis pphe. iij. ca.
In diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria ꝛ

socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem quasi cubitis quadragintanouem. Et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incēdebant. Illos autem omnino non tetigit ignis: neqꝫ contristauit: neqꝫ quicquam molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant: et benedicebant deum in fornace dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue quod est sanctum. Laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es domine in templo sancto glorie tue. Et laudabilis. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis. Benedictus es q sedes super cherubin intuens abyssos. Et laudabilis. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Et laudabilis. Benedicant te omnes angeli et sancti tui: Laudabilem. Benedicant te celi terra mare et omnia que in eis sunt: Laudabilem. Gloria patri et filio: et spiritui sancto: Laudabili. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Laudabilis. Benedictus es. Quo finito sequitur oratio cum salutatio ne absqꝫ genuflexione.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius: vt nos indignos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum. Scđe Ad thessalonicenses. ij. capitu.

Fratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri iesu christi: et nostre congregationis in idipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu: neqꝫ terreamini: neque per spiritum: neqꝫ per sermonem: neqꝫ per epistolam tanquam per nos missam quasi istet dies domini: ne qs vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit dissensio primum: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur et extollitur supra omne quod dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanquam sit deus. Non retinetis q cū adhuc essem apud vos: hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tātum: vt qui tenet nūc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratiōe aduētus sui. Tractus. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin: appare coram effraim: beniamin et manasse. ℣. Excita domine potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Scđm lucā. iij. c.

Anno qntodecimo ipērij tyberij cesaris: pcurāte pōtio pilato iudeā: Tetrarcha autem

galilee herode:philippo autem fra
tre eius tetrarcha ituree ⁊ traco-
nitidis regionis:⁊ lisania abiline te
trarcha:sub principibus sacerdo-
tum anna ⁊ caypha:factum est ver
bum domini super ioannem filium
zacharie in deserto. Et venit in om
nem regionem iordanis:predicãs
baptismum penitentie in remissio-
nem peccatorum:sicut scriptum est
in libro sermonum esaie pphete:
Vox clamãtis in deserto: dirigite
viam domini:rectas facite semitas
eius. Omnis vallis iplebitur:⁊ oĩs
mons ⁊ collis humiliabit. Et erũt
praua in directa: ⁊ aspera in vias
planas. Et videbit oĩs caro saluta
re dei. Offerto. Exulta satis filia sy
on:predica filia hierusalem:ecce rex tu
us venit tibi sanct⁹ ⁊ saluator. Secre.
Sacrificijs presentibus q̃su-
mus domine intende placa-
tus:vt ⁊ deuotioni nostre profici-
ant ⁊ saluti. Per dñm. Cõmunio.
Exultauit vt gigas ad currendam vi
am:a summo celo egressio eius:⁊ occur-
sus ei⁹ vsq; ad summũ eius. Compl.
Quesumus dñe deus nr̃:vt
sacrosancta mysteria q̃ pro
reparationis nostre munimine cõ
tulisti:⁊ presens nobis remedium
esse facias ⁊ futurum. Per. ¶ Dñica
iiij. Introitus.

Orate celi desu
per ⁊ nubes plu
ant iustum: ape
riatur terra ⁊ ger
minet saluatorẽ
ps. Celi enar-
rant gloriam dei:
⁊ opa manuũ eius anũciat firmamẽtũ.
Excita dñe potentiam Oro.
tuam ⁊ veni:⁊ magna nobis
virtute succurre:vt p auxilium grẽ
tue qd nr̃a peccata prepediũt:indul
gentia tue propiciationis acceleret.
Qui cũ. q oro sola dicat. Ad phi-
Fres:Gaudete i do- lip.iiij.c.
mino semper:iterum dico gau-
dete. Modestia vestra nota sit om
nibus hominibus:dñs enim pro
pe est. Nihil solliciti sitis:sed in om
ni oratione ⁊ obsecratiõe cũ grãrum
actione petitiones vestre innotescãt
apud deum. Et pax dei que exupe-
rat omnem sensum:custodiat cor-
da vestra ⁊ intelligentias vr̃as: in
christo iesu domino no. Gradua.
Prope est dñs oĩbus inuocãtibus eũ
oĩbus qui inuocãt eum in veritate. ℣.
Laudem dñi loquet os meum: ⁊ bñdi
cat oĩs caro nomen scm̃ eius. Alla.
℣. Veni dñe ⁊ noli tardare: relaxa fa
cinora plebis tue. Scdm ioan.j.ca.
In illo tpe: Miserũt iudei ab
hierosolymis sacerdotes ⁊ le-
uitas ad ioannem vt interrogarent
eum:Tu quis es? Et ꝯfessus est: ⁊
non negauit. Et ꝯfessus est: qr non
sum ego christus. Et interrogauerũt
eum: Quid ergo? Helias es tu? Et
Dixit: Non sum. Propheta es tu?
Et rñdit: Non. Dixerunt ergo ei:
Quis es:vt responsum demus his
q miserunt nos? Quid dicis de te
ipso? Ait:ego vox clamantis in de-
serto: dirigite viam dñi: sicut dixit
esaias propheta. Et qui missi fue-
rant erant ex phariseis. Et interro-
gauerunt eum: ⁊ dixerũt ei. Quid

ergo baptizas: si tu nõ es christus: neq3 helyas neq3 propheta? Respõdit eis ioannes dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestruz stetit quem vos nescitis. Ipse est q post me venturus est: qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiaz calciamẽti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat ioannes baptizans. Offertorium. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Sacrificijs presentibus quesumus domine intende placatus: vt ꝛ deuotioni nostre proficiant ꝛ saluti. Per dominum nostrum iesum christum ꝛc. Communio. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomẽ eius emanuel.

Sumptis mune- Completo. ribus sacris quesumus domine: vt cum frequentatione mysterij: crescat nostre salutis effectus. Per dominum nostrum iesuz ꝛc.

¶ Feria quarta. Epistole beati petri apli.ij. ca.iij.

Charissimi: Vnum hoc non lateat vos: q2 vnus dies apud deum sicut mille anni: ꝛ mille anni sicut vnus dies. Nõ tardat dñs promissionez sicut quidã existimant sed patienter agit propter vos: nolẽs aliquoz perire: sed oẽs ad penitentiem reuerti expectat. Adueniet aũt dies domini vt fur in nocte: in quo celi magno ĩpetu transient. Elemẽta vero calore dissoluentur. Terra autez ꝛ oĩa q̃ in ipsa sunt opera: exurentur. Cum igitur hec omnia dissoluẽda sunt quales oportet vos esse in sanctis ɔuersatiõibus ꝛ pietatibus: expectantes ꝛ properantes in aduentu diei dñi: per quem celi ardentes dissoluentur: ꝛ elemẽta ignis ardore tabescent. Nouos vero celos ꝛ nouam terrã ꝛ promissa ipsius expectamus: in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hec expectantes: satagite immaculati ꝛ inuiolati ei inueniri in pace. Scdꝫ matth.iij.c.

In illo tpe: Videns ioannes multos phariseoruz ꝛ saduceoruz venientes ad baptismuz suuz: dixit eis: Progenies viperaꝝ quis demõstrabit vobis fugere a ventura ira: Facite ergo fructuz dignuz penitentie: ꝛ ne velitis dicere intra vos: patrez habemus abraham. Dico enim vobis: q̃n potens est deus de lapidib9 istis suscitare filios abrahe. Jam eniz securis ad radicẽ arboris posita ẽ. Õis ergo arbor que non facit fructũ bonuz excidetur: ꝛ in ignez mittetur. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in penitentiã. Qui aũt post me venturus est: fortior me est: cuius nõ suz dign9 calciamẽta portare: ipse vos baptizabit in spiritu sancto ꝛ igni.

¶ Feria sexta. Lectio epistole beati iacobi apostoli.iiij.ꝛ.v.capitu.

Charissimi: Scienti igitur bonum facere ꝛ nõ facienti peccatum est illi. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miserijs vestris: que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: ꝛ vestimẽta vestra a tineis comesta sunt. Au-

rum ⁊ argentū vestrum erugina/uit: ⁊ erugo eorum in testimoniū vobis erit: ⁊ manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorū qui messue runt regiones vestras: que frauda ta est a vobis clamat: ⁊ clamor eo/rum in aures domini sabaoth intro iuit. Epulati estis super terrā: ⁊ in luxurijs vestris enutristis corda ve stra. In die occisionis adduxistis ⁊ occidistis iustum: ⁊ non restitit vo bis. Patientes igitur estote vsq; ad aduentū domini. Scdm lucā

In illo tempore: Nun/ vij. ca. ciauerunt ioanni discipuli ei᷒ de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis ioannes. Et misit ad iesum dicens. Tu es qui venturus es: an alium expecta mus? Cum autem venissent ad eū viri dixerunt. Ioannes baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es: an aliū expectamus? In ipsa autem hora multos cura/uit a languoribus suis: ⁊ plagis: ⁊ spiritibus malis: ⁊ cecis multis do nauit visū. Et respondens dixit il lis: Euntes renunciate ioanni que audistis ⁊ vidistis. Quia ceci vi/dent: claudi ambulant: leprosi mū dantur: surdi audiunt: mortui re/surgunt pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scan/dalizatus in me. Et cum discessis/sent nuncij ioannis: cepit de ioan/ne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinē ven to agitatam? Sed quid existis vi/dere? hominem mollibus vestimen tis indutum? Ecce qui in veste pre/ciosa sunt ⁊ delicijs: in domibus re/gum sunt. Sed quid existis vide/re: prophetam? Utiq; dico vobis: ⁊ plusquam prophetam. Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto ange lum meū ante faciem tuā qui pre parabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mu lierum propheta ioanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei: maior est illo. ¶ Si fe/stum natiuitatis domini in domini ca venerit quatuor tempora cele/brantur in penultima hebdā: quia tunc in sabbato proximo ante nati uitatem agitur officium de vigilia.

¶ In vigilia natiuita. dñi. Intro.

Odie scietis: qa veniet dominus ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbi/tis gloriam ei᷒. Ps. Domini est terra ⁊ plenitu do ei᷒: orbis ter rarum ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Gloria in et Credo non dicunt: ni/si fuerit dies dñicus. Oro.

Deus qui nos redemptio/nis nostre annua expectatione letifi cas: presta: vt vnigenitum tuum: quem redemptorem leti suscipim᷒ venientē quoq; iudicem securi vi deamus: Dominum nostrum ⁊c.

Lectio esaie prophete. lxij. ca. Hec dicit dñs: Propter syon non tacebo: ⁊ ppter hierusalē nō quiescā donec egrediatur vt splen/

do2 iustus eius: τ saluato2 eius: vt lampas accēdatur. Et videbūt gētes iustū tuum: τ cuncti reges iclytum tuū. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os dñi nominauit. Et eris co2ona glo2ie in manu domini: τ diadema regni in manu dei tui. Et non vocaberis vltra derelicta: τ terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: τ terra tua ĩhabitabitur: q2 cōplacuit domino in te. immediate seqtur epistola. Ad romanos .j.c.

FRatres: Paulus seru⁹ iesus chr̄i vocat⁹ aplus segregatus in euāgelium dei quod ante p2omiserat per pphetas suos in scripturis scis de filio suo: qui factus est ei ex semine dauid ẜm carnem: qui p2edestinat⁹ est: filius dei in virtute ẜm spiritū sanctificationis ex resurrectiōe mo2tuo2uʒ iesu ch2isti dñi nostri per queʒ accepimus gratiā τ apostolatuʒ ad obediendūʒ fidei in oībus gentibuʒ p noīe eius in quibus estis τ voʒ vocati iesu ch2isti dñi nostri. Grad.

Hodie scietis q2 veniet dñs: τ saluabit nos: τ mane videbitis gloriā eius: ℣. Qui regis isrł intende: qui deducis velut ouē ioseph: q sedes super cherubin appare co2ā effraiʒ beniamin τ manasse. Si vigilia natiuitatis dñi in dominicaʒ euenerit: tunc dicitur.

Alleluia. ℣. Crastina die dlebitur iniquitas terre: τ regnabit sup nos saluato2 mundi. Et totū officiū misse fiat de vigilia cū cōmemo2atiōe dominice. Scdm mattheum .j. cap.

In illo tpe: Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph: ante quam conuenirent: inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph auteʒ vir eius cuʒ eēt iustus: τ nollet eaʒ traducere: voluit occulte dimittere eaʒ. Hec auté eo cogitāte: Ecce angelus domini in somniʒ apparuit ei dicens: Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugeʒ tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: τ vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eo2ū. Credo non dicitur: nisi venerit in die dominica. Offert. Tollite po2tas p2incipes vestras: τ eleuamini po2te eternales τ introibit rex glo2ie.

DA nobis quesumus omnipotens deus: vt sicut ado2anda filij tui natalicia p̄uenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eūdeʒ. Secreta. P2efatio quotidiana. Cō.

Reuelabit gloria domini: τ videbit omnis caro salutare dei nostri. Communio.

DA quesumus domine nobis vnigeniti filij tui recēsita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur τ potamur. Per eundem dominum nostrum iesuʒ ch2m. plenda.

¶ In galli cātu Intr.

Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. psal. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. Ky

riel. Dominicale. Gloria in excel. **Oro.**
Deus qui hanc sacratissimā noctem veri luminis illustratione fecisti clarescere: da q̄sumus vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus: eius quoq3 gaudijs in celo perfrui mereamur. q te.

Lectio esaie prophete. ix. ca.
Hec dicit dominus. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis: ⁊ factus est principatus super humerū eius. Et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: ⁊ pacis eius non erit finis. Super solium dauid: ⁊ super regnum eius sedebit: vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iustitia: amodo ⁊ vsq3 in sempiternum.

Immediate sequitur epistola ad tytū. ij. ca.
Carissime: Apparuit gratia dei ⁊ saluatoris nostri omnibus hominibus erudiēs nos: vt ab negātes omnem impietatem ⁊ secularia desideria: sobrie: ⁊ iuste: ⁊ pie viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem: ⁊ aduentum glorie magni dei ⁊ saluatoris nostri iesu christi: qui dedit semetipsum nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mundaret sibi populum acceptabilem sectatorē bonorum operū: hec loquere ⁊ exhortare i christo iesu domino nostro. **Gradua.** Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. **℣.** Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. **Alleluia. ℣.** Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. **Sequentia.**
Gratias nunc omnes reddamus domino deo: qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Huic oportet vt canamus cum angelis semper glīa in excelsis. **Scdm lucā. ij. c.**
In illo tempore: Exijt edictum a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur: singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid: que vocatur bethleem: eo q̄ eēt de domo ⁊ familia dauid: vt profiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autem cū essent ibi: impleti sunt dies vt pareret: ⁊ peperit filium suum primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum: quod erit omni populo. Quia natus est vobis hodie saluator qui est christus dominus

in ciuitate dauid. Et hoc vobis si-
gnū: inuenietis infantē pānis inuo
lutum ⁊ positū in presepio. Et subi
to facta est cū angelo multitudo mi
litie celestis laudantium deum ⁊ di
centium: Gloria in altissimis deo:
⁊ in terra pax hominibus bone vo
luntatis. Credo Offerto. Leten
tur celi ⁊ exultet terra: ante faciē dñi:
quoniam venit. ℣. Cantate dño canti
cum nouū: cātate dño omnis terra. ℣.
Cantate domino ⁊ benedicite nomini
eius. Ante faciem. Secreta.
Accepta tibi sit domine que-
sumus hodierne festiuitatis obla-
tio: vt tua gratia largiente per hec
sacrosancta cōmercia: in illius inue
niamur forma in quo tecum est no
stra substantia. Qui viuis ac re-
gnas cum deo patre in vnitate spi-
ritus sancti deus. Prefatio. Quia
per incarnati. Communicātes ⁊ no
ctem. Hec prefatio dicatur vsq3 ad
epiphaniam sed Communicantes
per octauam tm̄ inclusiue dicitur.
Com̄. In splendoribus sctōꝝ ex vte
ro ante luciferum genui te. Tunc lau
des incipiant. Añ. Quē vidistis pa-
stores dicite: annūciate nobis in terris
qs apparuit: natū vidimus in choro an
geloꝝ saluatorem dñm all'a all'a. ps.
Dñs regnauit. cum reliqs. Añ. Ge
nuit puerpera regē cui nomen eternū
⁊ gaudiū matris hñs cum virginitate
pudorē: nec primā similē visa est nec
habere seqntē all'a. Añ. Angelus ad
pastores ait annūcio vobis gaudiū ma
gnum: qꝛ natus est nobis saluator mun
di all'a. Añ. Facta est cū angelo multi
tudo celestis exercitus laudantiū ⁊ dicē
tium: gl'ia in excelsis deo: ⁊ in terra pax
hoibus bone volūtatis: all'a all'a. Añ.
Paruulus filius hodie natus est nobis
⁊ vocabit' deus fortis all'a. Capitulū
hymnus ⁊ ℣. nō dicant'. Super be
nedictus añ. Gloria in excelsis deo:
⁊ in terra pax hoibus bone volūtatis
alleluia alleluia. Deinde vertat se sa-
cerdos ad populum dicens. Do-
minus vobiscum. Complenda.
Da quesumus nobis domine
deus noster: vt q natiuitatē
domini nr̄i iesu chr̄i mysteriis nos
frequētare gaudemus dignis con
uersationibus ad eius mereamur
pertingere consortium. Per eun.
Et sic finiatur missa cum Benedi-
camus dño. In aurora. Introi.

Lux fulgebit ho-
die super nos: qꝛ
natus est nobis
dominus ⁊ voca
bitur admirabi-
lis deus: pricep̄s
pacis: pater futu
ri seculi: cuius re
gni nō erit finis. ps. Dñs regnauit de
corē indutus ē: indutus est dñs fortitu
dinē ⁊ precinxit se virtute. Kyrieleison.
Gloria in excelsis. Oratio.
Da quesumus omnipotēs de
us: vt qui noua incarnati verbi tui
luce perfundimur: hoc in nostro re
splendeat opere: qd per fidem fulget
in mente. Per eundem. Lectio
esaie prophete. lxi. capitu.
Hec dicit dominus: Spiritus
domini super me: eo qꝛ vnxerit me
ad annunciandum mansuetis mi-
sit me vt mederer cōtritos corde: ⁊

predicarem captiuis indulgentiã: et clausis apertionem: vt predicarẽ annũ placabilem domino: et diẽ vl tionis deo nostro: vt cõsolarer oẽs lugentes: vt ponerem fortitudinem lugentibus syon: et darem eis corona pro cinere: oleũ gaudij pro luctu: palliũ laudis pro spiritu meroris. Et vocabunt in ea fortes iustitie: plantatio dñi ad glorificandũ. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: et opus illius corã illo. Et vocabunt eos populus sctũs: redemptus a dño deo nr̃o. Immediate incipitur ep̃la. Ad tytũ. ij. ca.

Karissime: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nr̃i dei. Non ex opibus iustitie q̃ fecimus nos: sed scd̃m suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spũs sancti: quẽ effudit in nos abunde per iesum christum saluatorem nr̃m: vt iustificati grã ipsius heredes simus scd̃m spẽ vite eterne: in christo iesu dño nostro. Grad.

Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus et illuxit nobis. ℣. A domino factum est: et est mirabile in oculis nr̃is. Alleluia. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinẽ et precinxit se virtute. Sequẽtia.

Eya recolamus laudibus pijs digna. Huius diei carmina: in qua nobis lux orif gratissima. Noctis inter nebulosa pereuut nostri criminis vmbracula. Hodie seculo maris stella est enixa noue salutis gaudia. Quem tremũt baratra: mors cruẽta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiq: coluber liuidus perdit spolia. Homo lapsus ouis abducta reuocat ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat dragma decima perdita et est inuenta. O culpa nimiũ beata qua redempta est natura. Deus q creauit omnia nascit ex femina. Mirabilis natura mirifice induta: assumẽs qd̃ non erat: manens quod erat. Induitur natura diuinitas humana: quis audiuit talia dic rogo facta. Querere venerat pastor pius quod perierat. Induit galeam: certat: vt miles armatura. Prostratus in sua propria ruit hostis spicula: auferuntur tela. In q bus fidebat diuisa sunt illius spolia capta preda sua. Christi pugna fortissima salus nr̃a est vera. Qui nos suam ad patriã duxit post victoriã. In qua sibi laus est eterna. Scd̃m lucã. ij. ca.

In illo tẽpore: Pastores loquebantur adinuicẽ. Trãseamus vsq3 bethleẽ: et videamus hoc verbum qd̃ factum est: quod fecit dñs et ostendit nobis. Et venerunt festinãtes et inuenerũt mariã et ioseph: et infantẽ positum in presepio. Videntes autem cognouerunt de verbo qd̃ dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierãt mirati sunt de his q̃ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores: glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Credo.

Offer. Deus enim firmauit orbē terre qui nō cōmouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nr̄a q̄s dn̄e natiuitatis hodierne mysterijs apta ꝓueniāt: ⁊ pacē nobis īfundāt: vt sicut hō genitus idē refulsit deus: sic nobis hec terrena substātia cōferat quod diuinum est. Per eun.

Prefatio. Quia p incarnati. Communicantes ⁊ diem. Communio.

Exulta filia syō: lauda filia hierl'z: ecce rex tuus vēit sctūs ⁊ saluator mūdi.

Huius nos dn̄e sacri Comp. semp nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanā repulit vetustatē. Per eundem do. Et dicit. Ite missa est. Deo gratias. ¶ Ad maiorē missaȝ. Intr.

uer natus ē nobis: ⁊ filius datus est nobis: cuius imperiū sup humerū eius: ⁊ vocabit nomen eius magni consilij āgelus. ps.

Cantate dn̄o canticum nouū: q2 mirabilia fecit. Gloria in excel. Oratio.

Concede q̄s ops deus vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eun. Lectio esaie ꝓphete. lij. cap.

Hec dicit dn̄s: Propter hoc sciet populus meus nomē meum in die illa: q2 egoipse q loq̄bar ecce assum: q̄ȝ pulchri supra mōtes pedes annūciantis: ⁊ ꝑdicātis pacem: annunciantis bonum: predicantis salutē dicentis: Sion regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorū leuauerunt vocem: simul laudabunt: q2 oculo ad oculū videbunt cū conuerterit dn̄s syon. Gaudete: simul laudate deserta hierusalem: q2 consolatus est dominus pplm suum: ⁊ videbunt oēs fines terre salutare dei nostri. Immediate sequitur epistola. Ad hebreos. j. capitu.

Fratres: Multifarie multisq3 modis olim deus loquēs patribus in prophetis. Nouissime āt diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit ⁊ secula. Qui cum sit splendor glorie ⁊ figura substātie eius: portansq3 omnia verbo virtutis sue. Purgationē faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelso: tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursum: Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbeȝ terre dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus: ⁊ ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiaȝ ⁊ odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus ds tuus oleo exultatiōis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt

celi. Ipsi peribunt: tu aũt permanebis: ⁊ oẽs sicut vestimentũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos: ⁊ mutabuntur. Tu aũt idẽ ipse es: ⁊ anni tui non deficient. Gradua.

Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo oĩs terra. ℣. Notum fecit dñs salutare suum: ante ꝯspectũ gentiũ reuelauit iustitiã suã. Alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes ⁊ adorate dñm: quia hodie descẽdit lux magna super terrã.

Natus ante secula Sequentia. dei filius inuisibilis interminus. Per quẽ fit machina celi ⁊ terre maris: ⁊ in his degentiũ. Per quem dies ⁊ hore labãt: ⁊ se iterũ reciprocant. Quẽ angeli in arce poli voce consona semper canut. Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis criminis de carne marie virginis: quo primi parentis culpam: eueq3 lasciuiam tergeret. Hoc presens diecula loquitur ꝑlucida adaucta lõgitudine: quod sol verus radio sui luminis: vetustas mundi depulerit genitus tenebras. Nec nox vacat noui syderis luce: quod magorũ oculos terruit scios. Nec gregũ magistris defuit lumẽ: quos prestrinxit claritas militũ dei. Gaude dei genitrix quam circunstant obstetricum vice cõcinnentes angeli gloriam deo. Christe patris vnice: qui hũanam nostri causa formam assumpsisti: refoue supplices tuos. Et quorũ participem te fore dignatus es iesu: dignanter eorum suscipe preces. Ut ipsos diuinitatis tue participes deus facere digneris vnice dei.

Initium sancti euangelij Secundum Joannem primo capitulo.

In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil. Quod factum est: in ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eum nõ comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat ioannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Nõ erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipsum factus ẽ: ⁊ mundus eũ non cognouit. In ꝓpria venit: ⁊ sui eum nõ receperũt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus: neq3 ex voluntate carnis: neq3 ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius gloriam quasi vnigeniti a patre: Plenum gratia ⁊ veritate. Credo in vnum deum. Offer. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbem terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundasti iustitiam: ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Secr.

Oblata domine munera noua vnigẽiti tui natiuitate sanctifica: nosq3 a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem dominum nostrum. Prefatio. Quia per incarnati. Cõicantes

⁊ dic. Com. Uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Complēda.

PResta q̄s ops ⁊ misericors deus: vt nat⁹ hodie saluator mūdi sicut diuine nobis gn̄ationis est auctor: ita ⁊ imortalitatꝭ sit ipse largitor. Qui tecū. Oro de btā virgi.

DEus qui per btē marie virginis partū sine humana ꝯcupiscētia pro creatū in filij tui mēbra venientes: paternis fecisti ꝑiudicijs non teneri: presta q̄s: vt huius creature nouitate suscepta: vetustatis antiq̄ ꝯtagijs exuamur. Per eū. do.

SAcrificia dn̄e ob bea Secre. te dei genitricis semperq̄ virginis marie honorē deferimus: presta q̄s: vt eius intercessione tibi fieri hostia acceptabilis mereat̄. p eū.

SAcramēti celestis Comple. perceptio nos q̄s dn̄e purificet: ⁊ intercedente beata dei genitrice sempq̄ virgine maria ad eterne felicitatis dona obtinēda dignos efficiat. Per dn̄m. Hec cōmemoratio debet incipi die sequenti. ¶ In die sc̄i Stephani protho. Intro.

Et enim sederūt principes ⁊ aduersuꝫ me loq̄bātur: ⁊ iniqui persecuti sūt me: adiuua me domine de⁹: meus q: seruus tuus exercebatur in tuis iustificatiōib⁹. ps. Beati imaculati in via qui ambulāt i lege dn̄i.

DA nobis q̄s dn̄e imitari oro. qd̄ colim⁹: vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro suis persecutoribus exorare. Dominum nostrum iesum christū filiū. Cum cōmemoratione de natiuitate domini ⁊ sancte marie. Lcō actuum aplo. vi. c.

IN diebus illis: Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat prodigia ⁊ signa magna in populo. Surrexerūt autem quidā de synagoga que appellatur libertinorum ⁊ cyrenensiū ⁊ alexandrinorum: ⁊ eorum qui erant a cilicia ⁊ asia: disputantes cum stephano: ⁊ nō poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec dissecabant cordibus suis: ⁊ stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum vidit gloriam dei: ⁊ iesum stātem a dextris virtutis dei: ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autē voce magna cōtinuerunt aures suas: ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes posuerunt vestimenta sua secus pedes adolescētis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem ⁊ dicentē. Domine iesu accipe spiritum meū. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicens: Domine iesu ne statuas illis hoc peccatum. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in domino. Grad. Sederunt principes ⁊ aduersum me loquebantur: ⁊ iniqui persecuti sunt me. V. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter mise-

ricordiam tuam. Alleluia. ℣. Uideo
celos apertos τ iesum stantez a dextris
virtutis dei. Alleluia. Sequentia.
Hanc cócordi famulatu colamus
solennitatez. Auctoris illius ex
emplo docti benigno. Pro persecuto
rum precantis fraude suorum. O ste
phane signifer regis summi boni nos
exaudi. Proficue qui es ꝑ tuis exau
ditus inimicis. Paulus tuis precibus
stephane te quondam persecutus chri
sto credit. Et tecum tripudiat in re
gno: cui nullus persecutor appropinqt.
Nos proinde nos supplices ad te cla
mātes: τ precibus te pulsantes. Ora
tio sanctissima nos tua semper concili
et deo nostro. Te petrus christi mini
strum statuit. Tu petro normaz cre
dendi astruis. Ad dexteram summi
patris ostendendo quem plebs furens
crucifixit. Te sibi christus elegit ste
phane. Per quē fideles suos corro
boret. Se tibi interrotatus saxoꝝ so
latio manifestans. Nunc inter incly
tas martyꝝ purpuras chorusces coro
natus. Scdm mattheum. xxiij. cap.
In illo tempore: Dicebat iesus
turbis iudeorum τ principi
bus sacerdotuz. Ecce ego mitto ad
vos prophetas: τ sapientes: τ scri
bas. Et ex illis occidetis: τ crucifi
getis: τ ex eis flagellabitis in syna
gogis vestris. Et persequimini de
ciuitate in ciuitatem: vt veniat su
per vos omnis sanguis iustus qui
effusus est super terram: a sanguine
abel iusti vsqz ad sanguinem zacha
rie filij barachie: quem occidistis
inter templum τ altare. Amen di
co vobis: venient hec omnia super
generationem istam. Hierusalem
hierusalem que occidis prophetas
τ lapidas eos qui ad te missi sunt.
Quotiens volui congregare fili
os tuos: quemadmodum gallina
congregat pullos suos sub alas:
τ noluisti? Ecce relinquetur vo
bis domus vestra deserta. Dico
enim vobis. Non me videbitis
ammodo: donec dicatis: Bene
dictus qui venit in nomine domi
ni. Credo in vnum deum. Offerto.
Elegerunt apl'i stephanuz leuitā ple
num fide τ spiritu sancto: quez lapida
uerunt iudei orantem τ dicentez: dñe
iesu accipe spm̄ meum all'a. Secreta.
Suscipe quesumus dñe mu
nera pro tuorū commemo
ratione sanctoruz: vt sicut illos pas
sio gloriosos efficit: ita nos deuo
tio reddat innocuos. Per. Pre
fatio de natiuitate. Communio.
Uideo celos apertos τ iesuz stantez
a dextris virtutis dei: domine iesu acci
pe spiritū meuz: τ ne statuas illis hoc
pctm̄: qa nesciūt quid faciūt. Compl.
Auxilientur nobis domine sū
pta mysteria: τ intercedente
beato stephano ꝓthomartyre tuo
sempiterna protectione confirmēt.
Per. ¶ In die sancti ioannis apo
stoli τ euangeliste. Introitus.

In medio ecclesie
aperuit os eius:
τ impleuit eū do
minus spiritu sa
pientie τ itellectus
stola glorie indu
it eū. Ps. Bonū
est cōfiteri dño τ

psallere nomini tuo altissime. Oro.
Ecclesiam tuaꝫ quesumus do
mine benignus illustra: vt be
ati ioannis apostoli tui ⁊ euangeli
ste illuminata doctrinis: ad dona p
ueniat sempiterna. Per dn̄m. Cū
cōmemoratione natiuitatis sancte
marie: ⁊ sancti stephani. Lcō libri
sapien. Ecclesiastici. xv. cap.
Qui timet deum faciet bona: ⁊
qui continens est iustitie appreben
det illam: ⁊ obuiabit illi quasi ma
ter honorificata: ⁊ quasi mulier a
virginitate suscipiet illum. Cibabit
illuꝫ pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua
sapientie salutaris potabit illum.
Et firmabitur in illo: ⁊ non flecte
tur: Et continebit illum: ⁊ non con
fundetur: ⁊ exaltabit illum apud p
ximos suos. In medio ecclesie ape
ruit os eius: ⁊ implebit eum spiri
tu sapientie ⁊ intellectus: ⁊ stola
glorie induit illum. Jocunditatem
⁊ exultationem thesaurizabit su
per eum: ⁊ nomine eterno heredi
tabit illum: Dn̄s deus noster Gra.
Exijt sermo inter fratres q̄ discipu
lus ille non moritur. ℣. Sed sic eum
volo manere donec veniam: tu me seq̄
re. Alleluia. ℣. Hic ē discipulus ille
qui testimoniū phibet de his: ⁊ scimus
q: verꝫ ē testimoniū eius. Sequentia.
Joannes iesu christo multum dile
cte virgo. Tu eius amore car
nalem. In naui parētes liquisti. Tu
leue coniugis pectus respuisti: messiam
secutus. Vt eius pectoris sacra me
ruisses fluēta potare. Tuq; i terra po
situs gloriā conspexisti filij dei. Que
solum sanctis in vita creditur contuen
da esse perenni. Te christus in cruce
triumphans matri sue dedit custodeꝫ.
Vt virgo virginem seruares atq; cu
ram suppeditares. Tu de carcere fla
grisq; fractus testimonio pro christi es
gauisus. Idem mortuos suscitās: in
q; iesu nomine venenum forte vincis.
Tibi summus tacitum ceteris verbū
suum pater reuelat. Tu nos omnes
precibus sedulis apud deum semper
commenda. Joannes christi chare.
Scd̄m ioannem. xxi. cap.
In illo tempore: Dixit iesus pe
tro: Sequere me. Conuersus pe
trus vidit illum discipulum quem
diligebat iesus sequentem: qui ⁊
recubuit in cena supra pectus eiuꝫ:
⁊ dixit: Dn̄e quis est qui tradet te?
Hunc ergo cum vidisset petrus: di
cit iesu: Dn̄e: hic autem quid? Di
cit ei iesus: Sic eum volo manere
donec veniā: quid ad te? Tu me seq̄
re. Exijt ergo sermo iste inter fratres
q: discipulus ille non moritur. Et
non dixit ei iesus nō morit̄: sed sic
eū volo manere donec veniā: qd ad
te. Hic est discipulus ille qui testi
monium perhibet de his: ⁊ scripsit
hec. Et scimus q: veruꝫ est testimo
nium eius. Credo in. Offer. Ju
stus vt palma florebit: sicut cedrus que
in lybano est multiplicabitur. Secre.
Suscipe munera domine que
in eius tibi solennitate defe
rimus cuius nos confidimus pa
trocinio liberari. Per. Prefatio
de apostolis. Com. Exijt sermo in
ter frēs qd̄ discipulus ille non morit̄: ⁊
non dixit iesus: nō morit̄: sed sic eū vo
lo manere donec veniam. Complen.

Refecti cibo potuq; celesti domine deus noster: te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per. ¶ In festo sctōꝝ innocentum. Introitus

Ex ore infātiū deus et lactentiū ꝑfecisti laudē propter inimicos tuos. ps. Domine dominus noster q̄ȝ admirabile est nomē tuuȝ in vniuersa terra. Gloria in excelsis deo. non dicitur nisi fuerit dn̄ica.

Deus cuius hodierna Orō. die preconium innocentes martyres non loquendo: sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis viciorum mala mortifica: vt fidem tuam quam lingua nostra loquitur: etiam moribus vita fateatur: Dominum nostrum. Commemorationes de natiuitate sancte marie: sancti stephani: et sancti ioānis dicātur. Lectio libri apoc. beati ioannis apostoli. xiiij. cap.

In diebus illis: Uidi supra montem syon agnum stantem: et cum eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocē de celo tanq̄ȝ vocem aquarum multarum: et tanq̄ȝ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui sicut cytharedorum cytharizantium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem: et ante quattuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum: nisi illa centum quadragintaquattuor milia: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus: primitie deo et agno. Et in ore ipsorum non est inuentum mendaciū. Sine macula: sunt ante thronum dei. Graduale.

Anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantium. ℣. Laqueus cōtritus est: et nos liberati sumus: adiutoriū nostrum in noīe domini qui fecit celuȝ et terrā. Laus tibi christe. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Laus tibi christe. Dicitur. Alleluia loco Laus tibi christe. si venerit in dominica. Sequentia.

Laus tibi christe patris optimi nate de' oīpotētie. Quem celitus iubilat super astra manentis plebis decus armōie. Quē agmina infantū sonoris hymnis collaudant etheris in arce. Quos ipius ob noīs odiuȝ tui misero strauerat vulnere. Quos pie nūc remuneras in celis christe pro penis nitide. Solita visus gratia q̄ tuos ornas coronis splēdide. Quoꝝ preci bus sacris dele p̄camur pie nostre crimina vite. Et quos tuis laudibus iū xeras nobis: istic dones clemēs fauere. Illis eterne dans lumē glorie. Nobis terrea ꝑcede vincere. Ut liceat serenis actib' pleniter adipisci dona tue gratie. Herodis vt nō fiat socius q̄squis in boꝝū laude se exercet propere: Sed eternaliter cum eisdem cateruis

tecũ sit domine. Scđm matth. ij. ca.

IN illo tpe: Angelus dñi apparuit in sommis ioseph: dicẽs: Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in egyptum: ⁊ esto ibi vsqꝫ dum dicam tibi. Futurum est enim vt herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum ⁊ matrẽ eius nocte ⁊ secessit in egyptum: ⁊ erat ibi vsqꝫ ab obitum herodis: vt impleretur quod dictum est a dño per prophetam dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tũc herodes videns quoniam illusus esset a magis iratus est valde: ⁊ mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleẽ ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu ⁊ infra: scđm tempus qđ exquisierat a magis. Tũc adimpletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Uox in rama audita est: plolatus ⁊ vlulatus multus. Rachel plorans filios suos: ⁊ noluit consolari: qꝛ non sunt. Credo in dicitur. Offerto.

Anima nostra sicut passer erepta ẽ de laqueo venantium: laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. Secre.

SAnctorum tuorum nobis dñe pia non desit oratio: q̃ ⁊ nr̃a munera tibi cõciliet: ⁊ tuã nobis indulgentiam semper obtineat. Per.

Prefatio de natiuitate. Commu.

Uox in rama audita ẽ ploratus ⁊ vlulatus: rachel plorans filios suos noluit consolari: qꝛ non sunt. Cõple.

UOtiua dñe dona percepimus que ⁊ scõrum tuorum nobis precibus innocentum ⁊ presentis vite q̃s pariter ⁊ eterne tribue conferre subsidium. Per dñm.

¶ In festo sancti Thome episcopi ⁊ martyris. Introitus.

Gaudeamus omnes in dño diẽ festum celebrãtes in honore beati thome martyris de cuius passiõe gaudẽt ãgeli: ⁊ collaudant filium dei. Ps. Misericordias domini in eternuꝫ cãtabo. Oro.

DEus ꝓ cuius ecclia gl'iosus martyr ⁊ pontifex thomas gladijs persecutoruꝫ occubuit: cõcede ꝓpicius: vt omnes q eius implorant auxiliũ: petitiõis sue salutarem consequant̃ effectũ. Per. Cõmemorationes de natiui. scẽ marie sancti stephani: ioãnis: innocentiũ. Epla. Ois põtifex. Reqre in cõi cõfessor. fo. dxcviij. Gra. Ecce sacerdos magnus q in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi q cõseruaret legeꝫ excelsi. Alleluia. ℣. Ego suꝫ pastor bonus ⁊ cognosco oues meas ⁊ cognoscũt me mee. Seqntia.

SOle mercedis ⁊ corone stetit thomas in agone: ad mortem obediens. Morte christum imitatus fide firmus ⁊ firmatus: firmo gressu gradiens. Furit furor militaris vt vir sacer sacris aris imoletur hostia. Quez occidunt ⁊ scientes introducunt nescientes ad eterna gaudia. Christi felix hic athleta qui subire mente leta mortem non abhorruit. Et sit salus infirmorum ⁊ medela peccatorum gratiam ꝓmeruit. Ceci claudi surdi muti sũt

ad visū restituti: diuina potentia. Nō est morbus quem non curet dum morbosum non obduret: tarda diffidentia: Hostes christi christo cedunt: signa signis dum succedunt argumento fidei. Ergo martyr inuocetur: vt per eum nobis detur ad superna prouehi.

Scdm Joannem. x. capitu.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autē ⁊ qui non est pastor: cuius non sunt oues proprie: videt lupū venientem: ⁊ dimittit oues ⁊ fugit Et lupus rapit ⁊ dispergit oues. Mercēnarius autē fugit quia mercennarius est: ⁊ non pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater: ⁊ ego agnosco patrem: ⁊ animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere. Et vocem meam audient. Et fiet vnum ouile: ⁊ vnus pastor. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te ⁊ tribuisti ei. Secre.

Hostias tibi domine beati thome martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Prefatio de natiuitate. Communio. Ego sum pastor bonus alleluia: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee: alleluia.

Refecti participatio Cōplen. ne muneris sacri: quesumus domine deus noster: vt cuius exequimur cultum: sentiamus effectū. Per dominum nostrum. ¶ Dominica infra octauam natiuitatis dñi. Introitus.

Dum medium silentium teneret omnia: ⁊ nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotens sermo tuus domine de celis a regalibus sedibus venit. Ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem ⁊ precinxit se virtute. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. p. Et fiāt cōmemorationes: vt supra. Ad galatas. iiij. c.

Fratres: Quāto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo: cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq3 ad prefinitum tempus a patre: Ita ⁊ nos cum essemus paruuli: sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum dei reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba pater. Itaq3 iam non est seruus: sed filius. Quod si filius ⁊ heres per deum. Graduale.

Speciosus forma pre filijs hominum
diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eru
ctauit cor meum verbum bonum: dico
ego opa mea regi: lingua mea calamus
scribe velociter scribentis. Alleluia.
℣. Dominus regnauit decorem indu
it: induit dñs fortitudinē ꝛ precinxit se
virtute. Sequentia. Grates nūc om
nes. vt supra. fo. viij. Scdz lu. ij. c.

In illo tpe: Erat ioseph ꝛ ma
ria mater iesu: mirantes super
his que dicebātur de illo. Et bene
dixit illis symeon: ꝛ dixit ad mariā
matrē eius: Ecce positus est hic in
ruinam: ꝛ in resurrectionem multo
rum in israel: ꝛ in signum cui cōtra
dicetur. Et tuam ipsius animam ꝑ
transibit gladius: vt reuelentur ex
multis cordibus cogitatiōes. Et
erat anna prophetissa filia phanu
el: de tribu aser. Hec processerat in
diebus multis: ꝛ vixerat cum viro
suo annis septē a virginitate sua.
Et hec vidua erat ad annos octo
gintaquattuor. Que non discede
bat de templo ieiunijs ꝛ obsecratio
nibus seruiens nocte ac die. Et hec
ipsa hora superueniens confiteba
tur domino: ꝛ loquebat̄ de illo om
nibus qui expectabant redemptio
nem israel. Et vt perfecerūt omnia
scdm legem domini reuersi sunt in
galileam: in ciuitatem suam naza
reth. Puer autem crescebat ꝛ con
fortabatur plenus sapientia: ꝛ gra
tia dei erat in illo. Offertorium.

Deus enim firmauit orbem terre q
non commouebitur: parata sedes tua
deus ex nūc a seculo tu es. Secr.

Concede qs omnipotens de
us: vt oculis tue maiestatis mu
nus oblatum ꝛ gratiam nobis pie
deuotionis obtineat: ꝛ effectum
beate perhennitatis acquirat. Per
dominum nostrum iesum christum.
Prefatio de natiuitate. Cōmunio.

Tolle puerum ꝛ matrem eius ꝛ va
de in terram iuda: defuncti sunt enim q
querebant animam pueri. Cōpléda.

Per huius domine operatio
nem mysterij ꝛ vicia nostra
purgentur: ꝛ iusta desideria cōple
antur. Per dominum. ¶ In octa
ua natiuitate domini. Introitus.

ultum tuū do
mine depreca
būtur omnes di
uites plebis: ad
ducētur regi vir
gines post eam:
proxime eius ad
ducentur tibi in
letitia ꝛ exultatione. Psal. Eructa
uit cor meum verbum bonum: dico
ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate
marie virginitate fecūda hu
mano generi premia prestitisti: tri
bue qs: vt ipsam pro nobis inter
cedere sentiamus: per quā merui
mus auctorē vite suscipere: Domi
nū. Pretermissis cōmemorationi
bus suprascriptis. Ad Gala. iij. c.

Fratres: Priusquam veni
ret fides: sub lege custodieba
mur: conclusi in eam fidem que re
uelanda erat. Itaqz lex pedagogus
noster fuit in christo: vt ex fide iu
stificemur. At vbi venit fides: iam
nō sub pedagogo sumus. Omnes

enim filij dei estis: per fidem que est in christo iesu. Quicunq; enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iudeus neq; grecus: non est seruus neq; liber: non est masculus neq; femina. Omnes enim vos vnum estis in christo iesu. Si autem vos christi ergo semẽ abrahe estis scdm promissionem heredes. Dico autem: quanto tempore heres paruulus ẽ nihil differt a seruo: cũ sit dñs omniu; sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq; ad prefinitum tempus a patre. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: ppterea bñdixit te deus in eternu; ℣. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iustitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permãsisti: dei genitrix intercede pro nobis. Sequentia de natiuitate. Scdm lucam. ij. cap.

In illo tempore: Postq; cõsumati sunt dies octo: vt circuncideretur puer: vocatũ est nomen eius iesus. Quod vocatum est ab angelo priusq; in vtero conciperetur. Credo in vnum. Offer. Offerẽtur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regi domino.

Muneribus nostris Secreta. quesumus domine precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrum iesum christu; filium. Prefatio. Quia per incarnati verbi. Com. Simile est regnum celoꝝ hoi negociatori querẽti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua ⁊ comparauit eam.

Hec nos domi- Complenda. ne communio purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice semperq; virgine maria celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum. ¶ Nota q̃ hec oratio. Deus qui salutis. pro commemoratione habeatur singulis diebus vsq; ad purificationem. Sequentia de natiuitate. Prefatio de natiuitate. Reliqua vt supra. ¶ In octaua sancti stephani omnia fiant sicut in die eius: cum commemoratione vt supra. Credo. non dicitur. Prefatio de natiuita. ¶ In octa. sancti ioannis omnia vt in die eius: cum commemoratione dominice: sancte marie: innocentum. Credo. dicit. Prefatio de natiuitate. Si hec octaua in die dominico euenerit: ta; diurnum q̃; nocturnum officium: vt in die ipsius cõpleat. ¶ In octaua innocentum. Gloria in excelsis deo: Alleluia. Sequentia. Ite missa est. omnia dicuntur. Credo in vnu; deum. non dicitur. Prefatio de natiuitate dicitur. Et si in die dominico euenerit: omnia vt in die cõpleantur ¶ In vigilia epiphanie ad missam Introitus. Dum medium silẽtium. vt supra. Credo non dr̃.

Corda nostra quesu- Oro. mus domine venture festiuitatis splẽdor illustret: quo mũdi huius tenebris carere ⁊ peruenire valeamus ad patriã claritatis eterne. Per dñm. Ad romanos. cap.

Fratres: Scimus quoniam quecũq; lex loquitur his qui

in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur: et subditus fiat omnis mūdus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem iesu christi in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei: iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem: que est in christo iesu: quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie sue: propter remissionem precedentium delictorum: in sustentatione dei ad ostensionem iustitie sue in hoc tempore: vt sit ipse iustus et iustificans eum: qui in fide est iesu christi domini nostri. Gra. Speciosus forma. Alleluia. Dominus regnauit. Require dominica post natiui. fo. xiiij. Secundum mattheum .ij. ca.

In illo tempore: Defuncto herode: ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in egypto dicens: Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram israel. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis: secessit in partes galilee: et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Offert. Deus enim firmauit. Require dominica post natiui. fo. xiiij. Secreta.

Tribue quesumus domine: vt cum presentibus sacrificijs immolemus et sumamus: quem venture solennitatis pia munera proloquuntur. Per dominum. Prefatio de nati. Com. Tolle puerum. Require dominica post natiuita. fo. xiiij. Complenda.

Illumina quesumus domine populum tuum: et splendore gratie tue cor eius semper accende: vt saluatorem suum et incessanter agnoscat: et veraciter apprehendat. Per dominum.

¶ In die sancto epiphanie domini. Intro.

Ecce aduenit dominator dominus: et regnum in manu eius et potestas et imperium. Ps. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Oratio.

Deus qui hodierne die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propicius: vt qui iam te ex fide cognouimus vsque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem.

Lectio esaie prophete .lx. ca.

Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum: et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autem orietur dominus et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide. Omnes isti congregati sunt:

venerūt tibi. Filij tui de longe veni ent: ⁊ filie tue de latere surgēt. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabit̄ ⁊ dilatabit̄ cor tuum: qn̄ conuersa fuerit ad te multitudo maris. Fortitudo gentium venerit tibi: inundatio camelorum operiet te. Dromedarij madiā ⁊ epha. Oēs de saba venient: aurū ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. Graduale. Omnes de sabba venient aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudes domino annūciātes. ℣. Surge illumina re hierl'm: q̄r gloria dn̄i sup te orta est. Alleluia. ℣. Vidimus stellā eius in oriente: ⁊ venimus cū muneribꝰ adorare dominum. Sequentia. Festa christi oīs christianitas celebret. Que miris sunt modis ornata: cūctisq̄ venerāda pp̄lis. Per oī tenentis aduentū atq̄ vocationē gentiū. Vt natus est christus est stella magis visa lucida. Et illi nō cassam putātes tanti signi gloriam. Secū munera deferunt paruulo offerunt vt regi celi quē sydus predicat. Atq̄ aureo tumidi principis lectulo trāsito christi p̄sepe queritant. Hinc ira scui herodis feruida. Inuidi recēs rectori genito bethleē paruulos p̄cepit ense crudeli perdere. O christe quātū patris exercitū. Iuuenis datus ad bella maxima populis predicās colligis sugēs cum tm̄ miseris. Anno hominis tricesimo subtus famuli se inclyti inclinauerat manus deus: consecrans nobis baptisma in absolutionē criminum. Ecce spiritus in specie: ipsum alitis innocue vncturus scis pre oībus visitat semper ipsius ꝯtentus mā̄sione pectoris.

Patris etiā insonuit vox pia veteris oblita sermōis: penitet me fecisse hoiē. Vere filius es tu meus mihimet placidus: in quo sum placitus: hodie te mi fili genui. Huic oēs auscultate populi preceptori. Scd̄m mattheū. ij. ca.

Cum natus esset iesus in bethleē iude: in diebus herodis regis. Ecce magi ab oriēte venerūt hierosolymam dicentes. Vbi est q natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: ⁊ venimus adorare eum. Audiens autē herodes rex turbatus est: ⁊ oīs hierosolyma cū illo. Et cōgregans omnes principes sacerdotū ⁊ scribas populi: sciscitabat̄ ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei: bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleē dixit: Ite ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis renūciate mihi vt ⁊ ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quā viderāt in oriēte antecedebat eos: vsq̄ dū veniēs staret supra vbi erat puer. Vidētes autē stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrātes domū inuenerūt puerū cum maria matre eius. Et p̄cidētes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerūt ei munera: aurum: thus: ⁊ myrrhā. Et

responso accepto in somnis: ne redirent ad herodem: per aliam viaȝ reuersi sunt in regioneȝ suaȝ. Cre do in vnum deum dicitur per totam octauam: quando de festo agitur. Offertori. R. eges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges arabum ⁊ sab ba dona adducent ⁊ adorabunt eum omnes reges terre: oēs gētes seruiēt ei. Ecclesie tue quesu- Secreta. mus dona propicius intuere: quibus iam non aurum: thus ⁊ myr rha profertur: sed quod eisdeȝ mu neribus declaratur: immolatur: ⁊ sumitur: iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum. Pre fatio Qui cum vnigenitus. Cōmunicantes. Et per totam octauam fi at sicut in die sancto. Cōmunio. Vidimus stellaȝ eius in oriente: ⁊ ve nimus cum muneribus adorare dñm. Presta quesumus Complen. omnipotens deus noster: vt que solenni celebramus officio: pu rificate mentis intelligentia conse quamur. Per. ¶ Notandum ta men q̄ si intra octauas epiphanie nulla occurrerit dieȝ dominica: tūc secunda feria post dictam octauaȝ fiat officium misse de dominica. In excelso throno. ¶ Dominica infra octauam epiphanie. Introitus.

In excelso thro no vidi sedeř vi rum: queȝ ado rat multitudo angelorum psal lentes in vnum ecce cuius im perij nomen in eternum Ps. Iubilate deo omnis ter ra: seruite domino in leticia. Oratio. Vota q̄s dñe supplicantis po puli celesti pietate prosequere: vt ⁊ que agenda sunt videant ⁊ ad implenda que viderint conua lescant. Per do. Fiat cōmemora tio de epiphania ⁊ de beata virgi. Fratres: Ad romanos. xij. c. Obsecro vos per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora ve stra hostiā viuentem sanctā deo pla centē: rationabile obsequiū vr̄uȝ. Et nolite ꝯformari huic seculo: ſ; reformamini in nouitate sensus ve stri: vt ꝓbetis que sit voluntas dei bona: ⁊ beneplacens ⁊ ꝑfecta. Dico enim per grāȝ que data est mihi oī bus qui sunt inter vos non plus sa pere q̄ȝ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē: ⁊ vnicuiq; sicut deus di uisit mensuram fidei. Sicut eniȝ in vno corpore multa membra habe mus: oīa aūt membra non eundeȝ actum habent: ita multi vnum cor pus sumus in christo. Singuli au tem alter alterius membra: in chr̄o iesu dño nostro. Gradua. Benedi ctus dñs deus israel: qui facis mirabi lia magna solus a seculo. V. Suscipi ant montes pacem populo: ⁊ colles iu stitiā. Alleluia. V. Iubilate deo oīs terra: seruite domino in leticia. Scd̄m In illo tpe: Cum lucā. ij. capi. factus esset iesus annoruȝ duo decim: ascendentibus illis hieroso lymam scd̄m consuetudinem diei festi. Consummatisq; diebus cum redirent remansit puer iesus in hie rusalem: ⁊ non cognouerunt parē tes eius.

tes eius. Existimantes aut illuz esse in comitatu: venerūt iter diei: 7 requirebant euz inter cognatos 7 notos: 7 non inueniētes regressi sunt in hierusalem requirentes eum. Et factus est post triduum: inuenerunt illum in templo sedentē in medio doctorum audientem illos 7 interrogantem eos. Stupebāt aūt oēs qui euz audiebāt super prudentia 7 responsis eius: 7 vidētes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illuz: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pr̄ tuus 7 ego dolentes q̄rebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̄ me querebatis? An nesciebatis q: in his que pr̄is mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt verbum qd̄ locutus est ad eos. Et descendit cum eis 7 venit nazareth: 7 erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et iesus pficiebat sapientia 7 etate 7 gr̄a apud deum 7 hoīes. Offe.

Iubilate deo oīs terra: iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatiōe: q: dominus ipse est deus. Secre.

Oblatum tibi domine sacrificiū viuificet nos semper 7 muniat. p. Prefatio de ep̄hia. Cōmu.

Fili qd fecisti nobis sic: ego 7 pr̄ tuus dolentes querebamus te: 7 quid est q̄ me q̄rebatis: an nesciebatis: q: i his q̄ patris mei sunt opz me esse. Cōple.

Supplices te rogamus omnipotēs deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placidis moribus dignanter deseruire concedas. Infra octauā epiphanie feria.iiij. Lectio. Fratres: scimus quoniaz quecunq3 lex. Requre in vigilia epiphanie. Scd̄z matthe.iij.c.

In illo tempore: Uenit iesus a galilea in iordanem ad ioannem: vt baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari: 7 tu venis ad me? Respōdens autem iesus dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos iplere omnez iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus: confestim ascēdit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: 7 vidit spiritum dei descendentez sicut columbam: 7 venientem sup se. Et ecce vox de celo dicens: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi cōplacui. ¶ Feria.vj. Ad thessalonicēses.ij. ca.iij.

Fratres: Nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam: hunc notate 7 non cōmisceamini cum illo vt confundatur. Et nolite quasi inimicum illum estimare: sed corripite vt fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem sempiternaz: in omni loco dominus sit cum omnibus vobis. Scd̄m matth.iiij.c.

In illo tempore: Cum audisset iesus q̄ ioannes traditus esset: secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit 7 habitauit in ciuitate capharnaum maritima: in finibus zabulon 7 neptalim: vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetaz. Terra zabulon 7 terra neptalim via maris trans iordanem galilee gentium: popu-

lus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: et sedentibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Exinde cepit iesus predicare et dicere. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Nota quod ab epiphania domini vsque ad dominicam septuagesime: secundum Aquileien. ecclesiam occurrunt sex officia dominicalia que non licet pretermitti: et aliquotiens non inueniuntur tot dies dominicales in quibus dicta officia possint licite locari: ideo de ipsis fiat in hebdomadis per ferias.

¶ In oct. epiphanie fiat vt in die. Introitus. Ecce aduenit. xv. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit: presta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum. Lectio esaie prophete. xl.c.

In diebus illis: Dixit esaias. Domine deus meus honorificabo te: laudem tuam tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Consilium tuum antiquum verum fiat. Domine excelsum est brachium tuum. Deus sabaoth: corona spei: que ornata est gloria. Exultet deserstum: et exultent solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinem domini: et maiestatem dei. Et erit congregatus et redemptus per deum. Et veniens in syon cum letitia: et letitia sempiterna erit super caput eius: laus et exultatio. Et aperiam in montibus flumina: et in medijs campis fontes aquarum dirumpam: et terram sitientem sine aqua confundam. Ecce puer meus exaltabitur et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die: Confitemini domino: et inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinuentiones eius. Mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit. Annunciate hoc in vniuersa terra. Dicit dominus omnipotens. Grad. sequen. Alleluia. vt in die. xv. Secundum ioannem. j. cap.

In illo tempore: Vidit ioannes iesum venientem ad se et ait: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir qui ante me factus est quia prior me erat: et ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in israel. Propterea ego veni in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit ioannes dicens: Quia vidi spiritum descendentem de celo quasi columbam: et mansit super eum: et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut ipse auctor nostrorum est munerum: ita sit ipse misericors et susceptor. Qui tecum. Complenda.

Celesti lumine quesumus domine semper hic et vbique nos preueni: vt mysterium cuius nos participes esse vo

luisti: ⁊ puro cernamus ītuitu: ⁊ di gno participemus effectu. Per d. Ab octa. aũt epiphanie vsq3 ad pu rificationez post orationē diei dñr orõnes: Deus qui salutis .xiiij. Et alia ad beneplacitũ. Prefatio cõis. Reliq̃ vt supra. Nota de diebus fe rialibus nõ dñr. Gloria in excelsis: nec Credo. ¶ Dñica secunda post ephĩaz. Intro.

Omnis terra ado ret te de᷑ ⁊ psal lat tibi: psalmuz dicat noi tuo al tissime. ps. Iu bilate dõ oĩs ter ra: psalmum dici te nomini eius: date gloriaz laudi eius. Gloria patri ⁊ pa. Oratio. Omnipotens sempiterne de us: q celestia simul ⁊ terrena mode raris: supplicationes ppli tui clemē ter exaudi: ⁊ pacem tuaz nostris cõ cede tēporibus. Per Cõmemora tiões sancte marie. Alie ad placituz.

Fratres: Ad romanos .xij. c. Habẽtes donationes scdm̃ gra tiam que data est nobis: differen tes siue ,pphetiã scdm̃ rõnez fidei: siue ministeriuz in ministrando: si ue qui docet in doctrina. Qui exhor tatur in exhortãdo. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitu dine. Qui miseretur in hilaritate. dilectio sine simulatiõe. Odientes malum: adherentes bono. Charita tem fraternitatis inuicem diligētes: honore inuicez ꝑuenientes. Solici tudine non pigri. Spũ feruentes: dño seruiẽtes. Spe gaudentes: in tribulatione patiẽtes: orõni instã tes: necessitatibus sanctoꝝ cõicãtes. Hospitalitatem sectãtes. Bñdici te ꝑsequẽtibus vos. Benedicite: ⁊ nolite maledicere. Gaudete cũ gau dẽtibus: flere cũ flẽtibus. Idipsum inuicē sentiẽtes: nõ alta sapientes: sed humilibus cõsentiẽtes. Grad.

Misit dñs verbum suũ ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cõfi teantur dño misericordie eius: ⁊ mira bilia ei᷑ filijs hoĩuz. Al lia. ℣. Lauda te dñz oẽs angeli eius: laudate eũ oẽs virtutes eius. Scdm̃ ioannē. ij. cap.

In illo tpe: Nuptie facte sunt in cana galilee: ⁊ erat mater ie su ibi vocatus est aũt ⁊ iesus: ⁊ di scipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater iesu ad eũ: Vinuz non habẽt. Et dicit ei iesus: Quid mihi ⁊ tibi est mulier? nondũ venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Qd̃cũq3 dixerit vobis facite. Erãt ãt ibi lapidee hydrie sex: posite scd̃z purificationē iudeoꝝ: capientes sin gule metretas binas vel ternas. Di cit ei iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq3 ad sum mũ. Et dicit eis iesus: Haurite nũc ⁊ ferte architriclino. Et tulerũt. Vt autez gustauit architriclinus aquã vinum factam: ⁊ non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquã. Vocat sponsum architriclinus: ⁊ dicit ei: Omnis homo primuz bonuz vinum ponit ⁊ cũ inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu aũt seruasti vinum bonum vsq3 huc. Hoc initium si gnorum fecit iesus in cana galilee:

ꝛ manifestauit gloriam suam: ꝛ cre diderunt in euȝ discipuli ei⁹. Offe. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini ei⁹: venite ꝛ audite ꝛ narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee. Secre. Oblata domine munera sanctifica: nosq₃ a peccatoꝝ nroꝝ maculis emūda. Per. Prefatio cōis. Com̄. Dicit dn̄s: iplere hydrias aq̄ ꝛ ferte architriclino: dū gustasset architriclinus aquā vinum factā: dicit sponso: seruasti vinuȝ bonū vsq₃ adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Complenda. Augeatur in nobis domine q̄ sumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis: ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur. Per. ¶ Fe.iiij. Ad Colossen.i.c. Fratres: Audi stis dispensationem dei: q̄ data est mihi in vobis: vt impleā verbum dei: mysteriū qđ absconditūȝ fuit a seculis ꝛ gn̄ationibus. Nūc autē manifestatuȝ est sanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacri huius in gentibus: qđ est christus in vobis spes glorie. Queȝ nos annunciauimus corripientes omnem hominem: ꝛ docentes in omni sapientia: vt exhibeamus omnē hominem perfectuȝ in christo iesu domino nostro. Secundum lucam. iiij. capitulo. In illo tpe: Egressus est iesus i virtute spūs in galileā: ꝛ fama exiit p vniuersaȝ regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eoꝝ: ꝛ magnificabat̄ ab oib⁹. Et venit nazareth: vbi erat nutritus: ꝛ intrauit ꝓm consuetudinem suā die sabbati in synagogam: ꝛ surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie ꝓphe. Et vt reuoluit librū: inuenit locum vbi scriptum erat. Spūs dn̄i super me: ꝓpter qđ vnxit me: euāgelizare pauperibus misit me: sanare cōtritos corde: ꝑdicare captiuis remissionē ꝛ cecis visum: dimittere cōfractos in remissionē: ꝑdicare annū dn̄i acceptū: ꝛ diē retributiōis. Et cū plicuisset librū reddidit ministro ꝛ sedit. Et omnium in synagoga oculi erāt intendentes in eū. Cepit āt dicere ad illos. Q: hodie ipleta est hec scriptura in auribus vr̄is. Et oēs testimoniū illi dabāt: ꝛ mirabātur in verbis gratie que ꝓcedebant de ore ipsius. ¶ Feria sexta. Ad thimotheum. iiij. prime epistole. Carissime: Fidelis sermo ꝛ omni acceptione dignus. In hoc eniȝ laboram⁹: ꝛ maledicimur: q: speramus in deū viuū: q est saluator oium hoium: maxime fideliu. Precipe hec ꝛ doce. Nemo adolescētiā tuā ꝯtēnat: ſȝ exemplū esto fideliū in verbo: in ꝯuersatiōe: i charitate: in fide: in spe: in castitate. Dū venio: attende lectioni: exhortatiōi: ꝛ doctrine. Noli negligere gratiā q̄ in te est: q̄ data est tibi per prophetiam cū ipositiōe manuū p̄sbyteri. Hec meditare: in his esto: vt profectus tuus manifestus sit oibuȝ. Attēde tibi: ꝛ doctrine: ista i illis. Hoc enim faciens: ꝛ teipsum saluum facies: ꝛ eos qui te audiunt. Scd̄m

In illo tpe: Egres- marci. vi.c. sus est iesus abijt in pñam suã: & sequebant eũ discipuli sui. Et fcõ sabbato cepit in synagoga docere. Et multi audientes amirabantur i doctrina eius dicẽtes: Unde huic hec oia? Et q̃ est sapientia que data ẽ illi & virtutes tales: que p manus ei⁹ efficiuntur? Nõne iste est faber filius marie: frater iacobi & ioseph: & iude & symonis? Nõne & sorores ei⁹ hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis iesus: Quia non est pp̄ha sine honore: nisi in patria sua: & in cognatiõe sua: & in domo sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos ĩfirmos ĩpositis manibus curauit. Et mirabat ppt̃ icredulitatẽ illoꝝ. ¶ Dñica.iij. Introit⁹.

Adorate deũ omnes angeli eius: audiuit & letata est syon: & exultauerũt filie iude. Ps. Dominꝰ regnauit exultet terra: letentur ĩsule multe. Orõ.

Omps sempiterne deus: infirmitatẽ nr̃am ppitius respice: atq3 ad ptegendũ nos dexterã tue maiestatis extende. Per dñm. Cõmemoratiões vt supra. Ad roma.xij.c.

Frẽs: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malũ pro malo reddẽtes. Prouidentes bona: nõ tm̃ corã deo: sed ẽt corã oĩbus hoĩbus. Si fieri põt qđ ex vobis est: cũ oĩb⁹ hoĩb⁹ pacẽ hñtes. Nõ vosmetipsos defẽdẽtes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est eni: Mihi vindictã & ego retribuã: dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tu⁹: ciba illũ: si sitit: potũ da illi. Hoc eni faciens: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Grad. Timebũt gẽtes nomen tuũ dñe: & oẽs reges terre gl̃iã tuã. V. Qm̃ edificauit dñs syõ: & videbit ĩ maiestate sua. All'a. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Scdm̃

In illo tpe: Cum matth. viij.c. descẽdisset iesus de mõte: secute sunt eũ turbe mlte. Et ecce leprosus veniẽs adorabat eũ dicẽs: Dñe: si vis potes me mũdare. Et extẽdẽs iesus manũ: tetigit eũ dicẽs: Uolo mũdare. Et ɔfestim mũdata est lepra eius. Et ait illi iesus: Uide vt nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdotibus: & offer munus tuũ qđ pcepit moyses ĩ testimoniũ illis. Cum aũt introisset capharnaũ iesus: accessit ad eũ cẽturio: rogãs eũ & dicens: Dñe: puer me⁹ iacet in domo paralyticus: & male torquetur. Et ait illi iesus: Ego veniã & curabo eũ. Et rñdẽs cẽturio ait. Dñe: nõ sum dign⁹ vt itres sub tectum meũ: sed tm̃ dic vbo & sanabit puer meus. Nam & ego hõ sum sub potestate ɔstitut⁹: hñs sub me milites. Et dico huic vade: & vadit. Et dico alio veni: & venit. Et seruo meo fac hoc: & facit. Audiens aũt iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amẽ dico vobis: nõ inueni tãtã fidẽ in israel. Dico aũt vobis q̃ multi ab oriẽte & occidente venient: & recũbent cũ abra

am ⁊ isaac ⁊ iacob in regno celoꝝ.
Filij autē regni eijcient in tenebras
exteriores: ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dē-
tiū. Et dixit iesus cēturioni. Uade:
⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanat⁹
est puer in illa hora. Credo i vnū.
Offer. Dextera dñi fecit virtutē: dex-
tera dñi exaltauit me: nō moriar sed vi-
uam: ⁊ narrabo opera domini. Secr.
Hec hostia q̄s dñe emūdet no-
stra delicta: ⁊ ad sacrificiū ce-
lebrandū subditoꝝ tibi corpora
mentesq̄ sanctificet. Per. Com.
Mirabātur oēs de his que procede-
bant de ore dei. Complēda.
Uos tantis dñe largiris vti
mysterijs: tribue quesumus: vt effe
ctibus eorum nos veraciter aptare
digneris. Per do. ¶ Feria.iiij.
Ad thimotheum.i. prime epistole.
Charissime: Fidelis sermo ⁊
omni acceptione dignus: q̄r
christus iesus venit in hunc mun-
dum pctōres saluos facere: quorū
primus ego sū. Sed idō misericor-
diā ꝯsecutus sū: vt in me primum
ostenderet xp̄s iesus oēm patienti-
am ad informationē eoꝝ q credituri
sunt illi in vitā eternā. Regi autē se
culoꝝ imortali: inuisibili: soli deo ho-
nor ⁊ glīa: in secula seculoꝝ. Amē.
In illo tpe: Scdm Joanē.i.c.
Egrediēs iesus venit in galile-
am: ⁊ inuenit philippū. Et dicit ei ie-
sus: Seq̄re me. Erat aūt philippus
a bethsaida: ciuitate andree ⁊ petri.
Inuenit philippus nathanael: ⁊ di-
cit ei: Quē scripsit moyses in lege ⁊
prophete inuenimus: iesū filiū io-
seph a nazareth. Et dixit ei nathana-
nael: A nazareth pōt aliquid boni
esse. Dicit ei philippus: Ueni ⁊ vi-
de. Uidit iesus nathanael veniētē
ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce vere israhe
lita: in quo dolus non est. Dicit ei
nathanael. Unde me nosti. Respō-
dit iesus ⁊ dixit ei. Priusq̄ te phi-
lippus vocaret: cum esses sub ficu
vidi te. Respondit ei nathanael ⁊
ait: Rabbi: tu es filius dei: tu es rex
israel. Respōdit iesus ⁊ dixit ei: Q̄r
dixi tibi vidi te sub ficu: credis: ma-
ius his videbis. Et dicit ei: Amen
amen dico vobis: videbitis celū
apertum: ⁊ angelos dei ascendētes
⁊ descēdentes supra filiū hominis.
¶ Feria.vj. Ad corinthios.vij.ca.
Fratres: Bonū est homini
mulierē non tangere. Pro-
pter fornicationem aūt vnusquisq̄
suam vxorem habeat: ⁊ vnaqueq̄
virum suum habeat. Uxori vir de-
bitum reddat. Similiter aūt ⁊ vxor
viro. Mulier potestatē sui corpo-
ris nō habet: sed vir. Similiter aūt
⁊ vir potestatē sui corporis nō ha-
bet: sed mulier. Nolite fraudare in-
uicem: nisi forte ex ꝯsensu ad tēpus
vt vacetis orōni. Et iterum reuerti
mini in idipsū: ne tentet vos satha-
nas propter incontinentiā vestrā.
Hoc autē dico scdm indulgentiā:
non scdm imperium. Uolo autem
omnes homines esse sicut meipsū:
sed vnusquisq̄ proprium donum
habet ex deo: alius quidē sic: alius
vero sic. Dico aūt non nuptis ⁊ vi
duis. Bonum est illis si sic permā-
serint: sicut ⁊ ego. Quod si se nō cō
tinent nubant. Melius est enim nu-

bere q̃ʒ vri. Scd̃m mattheũ.iiij.ca.
IN illo tp̃e:Circuibat iesus to tam galileã:docens in synago gis eoꝝ.Et p̃dicãs euangelium re gni:⁊ sanãs oẽm languoreʒ ⁊ oẽm infirmitatem in pplo.Et abijt opi nio eius in totã syriã.Et obtulerũt ei oẽs male hñtes:varijs languori bus ⁊ tormentis cõprehensos: ⁊ q demonia habebãt:⁊ lunaticos ⁊ pa ralyticos:⁊ curauit eos. Et secute sunt eũ turbe multe. ¶ Dñica.iiij. reiteratur introitus. Adorate.xviij.
DEus q per totum. Oratio. nos in tantis periculis cõsti tutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere:da nobis salu tem mentis ⁊ corporis:vt que pro peccatis nostris patimur: te adiu uante vincamus. Per domi. Ad
FRatres:Ne romanos.xiij.c. mini qcq̃ʒ debeatis nisi vt in uicem diligatis.Qui eniʒ diligit ꝑ ximum:legẽ ipleuit.Naʒ non adul terabis:non occides nõ furaberis: non falsum testimoniũ dices: non concupisces rem proximi tui. Et si qd̃ est aliud mandatum in hoc ver bo instauraṫ:Diliges ꝑximuʒ tuuʒ sicut teipsuʒ.Dilectio proximi ma lum non operatur. Plenitudo er go legis est dilectio. Scd̃m matth.
IN illo tp̃e:Ascẽdente viij.ca. iesu in nauiculã:secuti sunt euʒ discipuli eiuſ.Et ecce motꝰ magnuſ factꝰest in mari:ita vt nauicula ope riret fluctibus.Erat aũt ventus cõ trarius illis:ipse võ dormiebat.Et accesserũt discipuli eius ⁊ suscitaue runt eum dicentes:Dñe salua noſ: pimus.Et dicit ei iesuſ:Quid timi di estis modice fidei:Tunc surgẽs iperauit vẽtis ⁊ mari:⁊ facta ẽ tran qllitas magna. Porro hoies mi rati sunt:dicẽtes:Qualis ẽ hic: qa venti ⁊ mare obediunt ei. Secreta.
COncede q̃s oṗs deus:vt hu ius sacrificij munus oblatuʒ fragilitatem nr̃am ab oi malo pur get semp ⁊ muniat. p. Cõp.
MUnera tua nos domine deus a delectationibus terrenis expedi ant:⁊ celestibus semp instaurent ali mẽtis. Per. ¶ Feria.iiij.Ad roma.
NOn est enim acceptio ij.ca. personarum apud deũ.Qui cunqʒ enim sine lege peccauerunt: sine lege peribunt.Et quicunqʒ i le ge peccauerunt:per legeʒ iudicabũ tur.Non enim auditores legis iu sti sunt apud deum:sed factores le gis iustificabuntur.Cum enim gẽ tes que legem non habent natura liter:ea que legis sunt faciunt: eiuſ modi legem nõ habentes: ipsi sibi sunt lex:qui ostendunt opus legis scriptuʒ in cordibus suis: testimo niũ reddente illis ꝯscientia ipsoꝝ: ⁊ inter se inuicẽ cogitationuʒ accu santium aut etiã defendentiuʒ i die cum iudicabit deus occulta homi num scd̃m euangeliũ meum: per ie sum christũ dominum nr̃m. Scd̃m
IN illo tp̃e:Fa lucam.ix.cap. ctum est ambulantibꝰ illis in via:dixit qdã ad iesũ:Seq̃r te quo cunqʒ ieris.Et ait illi iesus: Vulpeſ foueas hñt:et volucres celi nidos. Filius auteʒ hominis non hẽt vbi caput suũ reclinet.Ait auteʒ ad alte

rum. Sequere me. Ille autem dixit: Domine: permitte me primum ire ⁊ sepelire patrem meum. Dixitq; ei iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade ⁊ annuncia regnum dei. Et ait alter: Sequar te domine: sed permitte me primum: renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum: ⁊ aspiciens retro: aptus est regno dei. ¶ Feria sexta. Ad colossenses. iiij. capitulo.

Fratres: Orationi instate: vigilantes in ea in gratiarum actione. Orantes simul ⁊ pro nobis: ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium christi. Propter quod etiam vinctus sum vt manifestem illud: ita vt oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respõdere: in christo iesu dño nño. Scdꝫ marcũ. x. ca.

In illo tpe: Offerebãt iesu paruulos vt tangeret illos. Discipuli autem comminabant̃ offerentibus. Quos cum videret iesus indigne tulit: ⁊ ait illis: Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos. Taliũ est enim regnum celorum. Amen dico vobis: Quisqs non receperit regnum dei: velut paruulus: non intrabit in illud. Et cõplexans eos: ⁊ imponẽs manus super illos benedicebat eos. ¶ Dominica. v. Introitus. Adorate deũ. vt supra per totum. Oratio.

Familiã tuam q̃s domine cõtinua pietate custodi vt que sola in spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per. Ad collossen. iij. c.

Fratres: Induite vos sicut electi dei: sancti ⁊ dilecti: viscera misericordie: benignitatem: humilitatem modestiam: patientiã supportãtes inuicẽ: ⁊ donãtes vobismetipsis: si quis aduersus aliquẽ habet q̃relã. Sicut ⁊ dominus donauit vobis: ita ⁊ vos facite. Sup oĩa autẽ hec charitatem continuã habete: qd̃ est vinculũ pfectiõis. Et pax chr̃i exultet in cordibus vr̃is: in qua ⁊ vocati estis in vno corpe ⁊ grati estote. Verbũ chr̃i habitet i vobis abundãter in omni sapientia: docẽtes ⁊ cõmonentes vosmetipsos psalmis hymnis ⁊ canticis spiritalibus: in grã canẽtes in cordibus vr̃is dño. Oẽ qdcũq; facitis in verbo aut in ope: oĩa i noĩe dñi iesu facite gratias agẽtes deo pr̃i: p iesum christũ dominũ. Scdꝫ mattheum. xiij. ca.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile factũ est regnũ celoꝝ hoi q seminauit bonũ semẽ in agro suo. Cũ aũt dormirẽt hoies: venit inimicus eius ⁊ supseminauit zizania i medio tritici: ⁊ abijt. Cũ aũt creuisset herba ⁊ fructũ fecisset: tũc apparuerunt ⁊ zizania. Accedẽtes aũt serui pr̃isfamilias: dixerunt ei. Dñe: nõne bonũ semẽ seminasti i agro tuo: vnde ergo hẽt zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixe

runt ei: Uis imus ⁊ colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligētes ziza nia: eradicetis simul ⁊ triticū: sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ⁊ in tpe messis dicā messoribus: colligi te primum zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū āt cōgregate in horreū meū. Secreta.

Hostias tibi domine placatio nis offerimus: vt ⁊ delicta no stra miseratus absoluas: ⁊ nutātia corda tu dirigas. Per. Complen.

Quesumus ops de⁹ vt illi⁹ salu taris capiamus effectū: cuius p hec mysteria pinus accepimus. Per dominum nostrū. ¶ Feria. iiii. Ad corinthios. c. i. epistole.

Fratres: Uidete vocationem ve strā: q: nō multi sapientes fm car nem. Non multi potētes: non mul ti nobiles: sꝫ que stulta sunt huius mūdi elegit deus: vt confundat sa pientes: ⁊ infirma mūdi elegit deus: vt cōfundat fortia: ⁊ ignobilia mū di ⁊ cōtēptibilia elegit ds: ⁊ ea que non sunt: vt ea que sunt destrueret: vt non glietur oīs caro coram illo. Ex ipso aūt vos estis in chro iesu: q factus est nobis sapiētia a deo ⁊ iustitia: ⁊ sanctificatio: ⁊ redēptio: vt quēadmodum scriptū est. Qui gloriatur in domino glorietur. Scdm mattheum. xxi. capitu.

In illo tēpore: Dicit iesus prin cipibus sacerdotū ⁊ seniorib⁹ popu li: Quid vobis videtur. Hō qdā habebat duos filios: ⁊ accedēs ad primum dixit: Fili vade hodie opa re in vinea mea. Jlle aūt respondēs ait: Nolo: postea aūt penitentia mo tus abijt. Accedens āt ad alterum: dixit silr. At ille respondēs ait: Eo dñe: ⁊ non iuit. Quis ex duobus fe cit voluntatem pris? Dicunt ei: pri mus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: q: publicani ⁊ meretrices p cedent vos in regno dei. Uenit eni ad vos ioānes in via iustitie ⁊ non credidistis ei: publicani aūt ⁊ mere trices crediderunt ei. Uos autem videntes: nec penitentiam habui stis postea vt crederetis ei. Qui ha bet aures audiendi audiat. ¶ Fe ria sexta. Ad Thessalonicen ses quarto. c. prime epistole.

Fratres: De charitate fraterni tatis non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim uos a deo didici stis ut diligatis inuicē. Etenim facia tis illud in oēs fratres: in uniuersa ecclesia. Rogamus autem uos ut abundetis magis: ⁊ operam detis: ut quieti sitis: ⁊ ut agatis negoci um uestrū. Et operemini manibus urīs: sicut pcepimus uobis. Et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: ⁊ ut nullius aliquid desidere tis. Grā dñi nri iesu xpi sit nobis cum. Scdm lucam. ix. capitu.

In illo tpe: Factū est dū cōple rent dies assumptiōis iesu: ⁊ ipe fa ciē suā firmauit vt iret in hierusalē ⁊ misit nūcios ante ꝯspectū suum. Et eūtes intrauerunt in ciuitatē sa maritanoꝝ ut pararent illi. Et non receperunt eū: q: facies eius erat eū tis in hierusalē. Et cū uidissent di scipuli eius iacobus ⁊ ioānes dixe rūt: Dñe: vis dicimus ut ignis de scendat de celo: ⁊ cōsumat illos. Et

cõuersus icrepauit illos dicés nesci
tis cuius spũs estis: filius hoīs non
venit aĩas perdere: sed saluare. Et
abierunt in aliud castellū. ¶ Dñi
ca.vj. Introit. Adorate deũ oēs an-
geli. xviij.p totum vt supra. Orō.

Conserua populū tuū deus: ⁊
tuo noī fac deuotum: vt diui
nis subiectus officijs ⁊ tpalia vtili-
ter: ⁊ eterna dona feliciter percipiat.
Per dñm nrm iesū xpm. Lectio
epistole bti pauli apli. Ad ro.v.ca.

Fratres: Sicut per vnius delictū
oēs hoīes in condemnatio-
nem: sic ⁊ per vnius iustitiā oēs ho
mines constituūtur ĩ iustificationē
vite. Sicut enim per inobedienti-
am vnius hoīs pcōres cōstituti sunt
multi: ita ⁊ p vnius obeditionē iu-
sti cōstituent multi. Lex aūt sub in-
trauit: vt abūdaret delictū. Ubi aūt
abūdauit delictū superabūdauit ⁊
gratia. Ut sicut regnauit peccatū in
morte: ita ⁊ gratia regnet per iusti-
tiā in vitā eternā: p iesum chrm dñm
nostrū. Scdm marcū. vj.cap.

In illo tpe: Cū sero factum esset:
erat nauis in medio mari ⁊ ipse so
lus in terra. Et vidēs discipulos la
borātes in remigādo. Erat enim vē
tus contrarius eis. Et circa quartā
vigiliam noctis venit ad eos: ambu
lās supra mare: ⁊ volebat preterire
eos. At illi vt viderunt eum ambu
lantē supra mare: putauerūt fanta-
sma esse: ⁊ exclamauerunt. Oēs eni
eum viderunt ⁊ conturbati sunt. Et
statim locutus est cū eis: ⁊ dixit illis.
Confidite: ego sum: nolite timere.
Et ascēdit ad illos in nauim: ⁊ cessa-
uit ventus. Et plus magis intra se
stupebant. Non enim intellexerunt
de panibus: erat enim cor illorum
obcecatum. Et cum transfretassent
peruenerunt in terram gene zareth
⁊ applicuerūt. Cumqz egressi essent
de naui: continuo cognouerunt eū.
Et percurrentes vniuersam regio-
nem illam: ceperunt in grabatis
eos qui se male habebant circum-
ferre vbi audiebant eum esse. Et
quocunqz introibat: in uicos vel
in uillas aut ciuitates: in plateis
ponebant infirmos ⁊ deprecaban
tur eum: ut uel fimbriam vestimen
ti eius tangerent. Et quotquot tan
gebant eum: salui fiebant. Secreta.

Hec nos oblatio domine deus
mundet a crimine qs: ⁊ reno
uet gubernet ⁊ protegat. Per dñm
nrm iesum chrm filiū. Complenda.

Celestibus dñe pasti delicijs
qs: ut semper eadem p que ui
uimus: ueraciter appetamus. Per
dñm nostrū iesum christum. ¶ Dñi
ca in. lxx. Intr.

Circūdederūt me
gemit' mortis do
lores iferni circū
derūt me: ⁊ i tri
bulatiōe mea iuo
caui dñm ⁊ exaudi
uit de tēplo scō
suo vocem meā. Ps. Diligam te dñe vir
tus mea: dñs firmamentum meū ⁊ refu
giū meū. Gloria patri ⁊ filio. Gloria
in excelsis deo non dicitur: nisi festū
duplex aut nouē lectionum occur-
rat usqz ad pascha. Oratio.

Preces populi tui qs domine

clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dnm nostrum iesum christum filium tuum. Que oratio sola dicatur. Ad corinthios. i. ix.

Fratres: Nescitis quod hi qui in stadio currunt: oes quidem currunt sed unus accipit brauium. Sic currite ut comprehedatis. Omnis enim qui in agone cotendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro: non quasi incertum. Sic pugno: non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum: et in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo enim uos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt: et omnes mare transierunt: et omnes in moyse baptizati sunt: in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequenti eos petra. Petra aute erat christus. Graduale. Adiutor in opportunitatibus: in tribulatione: sperent in te qui nouerut te: quoniam non derelinquis querentes te domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patietia pauperum no peribit in eternu: exurge dne non preualeat homo. Tract. De profundis clamaui ad te dne: domine exaudi voce meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dne: dne quis sustinebit. ℣. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

Secdm mattheum. xx. capitu.

In illo tepore: Dixit iesus discipulis suis parabola hac: Simile est regnum celorum homini prifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in uineam suam. Conuentione aut facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam: uidit alios stantes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et uos in uineam meam et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum aut exijt circa sexta et nonam horam: et fecit similiter. Circa undecimam vero exijt et inuenit alios stantes: et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. Cum aut sero factum esset dicit dns vinee procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedem incipiens a nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt aut et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares nobis illos fecisti: qui portauimus podus diei et estus. At ille respondes vni eorum dixit. Amice: non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum

est ꝛ valde. Uolo aūt ꝛ huic nouissimo dare sicut ꝛ tibi. Aut non licet mihi qđ volo facere? An oculus tuus nequā est: qꝛ ego bonus sum. Sic erūt nouissimi primi: ꝛ p̄mi nouissimi. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. Offertorium.

Bonū est confiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. Secre.

Muneribus nr̄is quesum⁹ domine precibusq; susceptis ꝛ celestibus nos munda mysterijs: ꝛ clementer exaudi. Per do. Commu.

Illumina faciē tuā super seruū tuū: ꝛ saluū me fac ī tua misericordia: dn̄e non cōfundar: qm̄ inuocaui te. Cōpl.

Fideles tui deus per tua dona firment: vt eadē ꝛ pcipiēdo requirāt: ꝛ querēdo sine fine percipiant. Per domi. ¶ Nota qꝫ ab hac dn̄ica. vsq; ad pascha nullū festum sanctorum agi potest die dn̄ico. ¶ Feria.iiij. Ad hebreos.iiij.c.

Fratres: Festinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum qs incidat incredulitatis exemplum. Uiuus est enim sermo dei ꝛ efficax: ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti: ꝛ pertingens vsq; ad diuisionem anime ac spiritus: cōpagum quoq; ꝛ medullarum: ꝛ discretor est cogitationū ꝛ intentionū cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: oīa aūt nuda ꝛ operta sunt oculis eius ad quē nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos: iesum filium dei: teneam⁹ spei nostre ꝯfessionem. Non eni habemus pontificē qui non possit cōpati infirmitatibus nostris: tentatum autē per oīa pro similitudine carnis absq; peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratie: vt misericordiā consequamur: ꝛ gratiam inueniamus in auxilio opportuno: per iesum christum dominū nostrum. Scđm marcū.ix.ca.

In illo tempore: Egressus iesus ibat per galileam: nec volebat quēquā scire. Docebat autem discipulos suos: ꝛ dicebat illis: Quoniā filius hominis tradetur in manus peccatorum: ꝛ occident eum. Et occisus: tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: ꝛ timebant interrogare eum: ꝛ venerunt capharnaum. Qui cum domi esset: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidē in via inter se disputauerunt quis esset illorū maior. Et residens vocauit duodecim: ꝛ ait illis. Si quis vult primus esse: erit omnium nouissimus ꝛ omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in noīe meo: me recipit. Et quicunq; me susceperit: nō me suscipit: sed eū qui me misit. ¶ Feria sexta Ephese.ij.cap.

Fratres: Eramus natura filij ire: sicut ꝛ ceteri. Deus autē qui diues est in misericordia ꝓpter nimiam charitatē suā quā dilexit nos: ꝛ cū essemus mortui peccatis: conuiuificauit nos in christo: cuius gratia estis saluati. Et ꝓresuscitauit ꝛ ꝯsedere fecit in celestibus

in christo iesu. Ut ostẽderet in secu
lis superuenientibus abundantes
diuitias gratie sue in bonitate su-
per nos: in christo iesu domino no
stro. Scd̃m marcum. vij. cap.
In illo tẽpe: Conuenerũt ad ie-
sum pharisei: et quidam de scribis
uenientes ab hierosolimis. Et cum
vidissent quosdã ex discipulis eius
communibus manibus: id est nõ
lotis manibus manducare panes:
vituperauerunt. Pharisei autem
et omnes iudei nisi crebro lauerint
manus: non manducant: tenentes
traditionem seniorum. Et a foro ve
nientes nisi baptizentur non come
dunt. Et alia multa sunt q̃ tradita
sunt illis seruare: baptismata calicũ:
et vrceorum et eramentorum et lecto
rum. Et interrogabant eũ pharisei
et scribe. Quare discipuli tui nõ am
bulant iuxta traditionem seniorum:
sed cõmunibus manibus mandu
cant panem? At ille respondens di
xit eis: Bene prophetauit esaias de
vobis hypocritis: sicut scriptum ẽ:
Populus hic labijs me honorat:
cor autem eorum longe a me ẽ. In
uanũ aũt me colunt: docẽtes doctri-
nas et precepta hominum. Relinquen-
tes enim mandatũ dei tenentes tradi
tionem hominum. ¶ Dñica in .lx. Introitus.

Exurge quare ob
dormis domine
exurge: et ne re-
pellas in finẽ: q̃-
re faciẽ tuã auer
tis obliuisceris tri
bulatiõis nostre:
adhesit in terra vẽ
ter nr̃: exurge dñe adiuua nos et libe-
ra nos. Ps. Deus auribus nr̃is audiui
mus: patres nr̃i annũciauerũt nobis. Oratio.
Deus qui conspicis quia ex nulla
nr̃a actiõe cõfidimus: concede
propitius: vt cõtra oĩa aduersa docto
ris gẽtiũ protectiõe muniamur. Per.
dominũ. Que oratio sola dicatur.
Ad corinthios. xi. epistole. ij.
Fr̃es: Libẽter suffertis insipi
entes: cũ sitis sapientes. Sustinetis
enim si quis vos in seruitutẽ redigit:
si quis deuorat: si quis accipit: si quis
extollitur: si quis in faciem vos cedit.
Scd̃m ignobilitatẽ dico: quasi nos
infirmi fuerimus in hac parte in quo
quis audet. In insipientia dico: au
deo et ego. Hebrei sunt et ego: israe
lite sunt et ego: semẽ abrae sũt et ego
ministri xp̃i sunt et ego: vt minus sa
piẽs dico: plus ego. In laboribus
plurimis: in carceribus abũdãtius:
in plagis supra modũ: in mortibus
freq̃nter. A iudeis quinquies quadra-
genas vna minus accepi. Ter vir-
gis cesus sum. Semel lapidatus sum:
ter naufragiũ feci. Nocte ac die in
profundo maris fui. In itineribus se
pe: periculis fluminum: periculis latro-
num: periculis ex genere: periculis ex genti
bus: periculis in ciuitate: periculis in so
litudine: periculis in mari: periculis in
falsis fratribus. In labore et erũna:
in vigilijs multis: in fame et siti: in
ieiunijs multis: in frigore et nudita
te: preter illa que extrinsecus sunt:
instantia mea quotidiana solicitu-
do omniũ ecclesiarum. Quis infirma
tur et ego non infirmor? Quis scã-
dalizatur et ego non vror? Si glo-

riari oportet: q̄ infirmitatis mee sūt
gl'iabor. Deus ⁊ pr̄ dñi nostri iesu
christi scit: q ē bñdictꝰ i scl'a q nō mē-
tior. Damasci ppositꝰ gētis arethe
regis custodiebat ciuitatem dama
scenorum: vt me comprehenderet:
⁊ per fenestram in sporta dimissus
sum p murum: ⁊ sic effugi manus eius.
Et si gloriari oportet: nō expedit q
dē. Veniam aūt ad visiōes ⁊ reuela-
tiōes dñi. Scio hoīem in christo añ an
nos q̄tuordeci: siue in corpore: siue
extra corpus nescio: deus scit: raptū
hmōi vsq3 ad tertium celū. Et scio
hmōi hoīem siue in corpore: siue ex
tra corpus: nescio: deus scit: qm̄ ra-
ptus est in paradisum: ⁊ audiuit ar-
chana verba: q̄ non licet hoī loqui.
Pro hmōi gloriabor: p me autem
nihil: nisi i infirmitatibus meis: Nā
⁊ si voluero gloriari nō ero insipiēs.
Veritatem enim dicam: parco autē:
ne quis me existimet supra id qđ vi
det in me: aut audit aliqd ex me. Et
ne magnitudo reuelationum extol
lat me: datus est mihi stimulus car
nis mee angelus sathane q me cola
phizet. Propter quod ter dñm ro
gaui vt discederet a me: ⁊ dixit mi-
hi: Sufficit tibi gratia mea. Nā vir
tus in infirmitate pficit̄. Libēter igit̄
gloriabor in infirmitatibus meis:
vt inhabitet i me virtus xpi. Grad.
Sciāt oēs gētes qm̄ nomē tibi deus:
tu solꝰ altissimꝰ sup oēm terrā. V. Deus
meꝰ pone illos vt rotā: ⁊ sicut stipulā
añ faciē vēti. Tract. Commouisti dñe
terrā ⁊ pturbasti eā. V. Sana cōtritiōes
eius: q2 mota ē. V. Fugiāt a facie arcꝰ
vt liberēt̄ electi tui. Scdm̄ lucā viij. c.

In illo tpe: Cū turba plurima
conueniret: ⁊ de ciuitatibus p
perarent ad iesum: dixit per similitu
dinē. Exijt q seminat seminare semē
suū. Et dū seminat aliud cecidit se
cus viā: ⁊ cōculcatū est: ⁊ volucres
celi comederūt illud. Et aliud ceci-
dit supra petrā: ⁊ natū aruit: quia
nō habebat humorē. Et aliud ceci-
dit inter spinas: ⁊ simul exorte spi-
ne suffocauerūt illud. Et aliud ceci-
dit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū
centuplum. Hec dicens clamabat.
Qui habet aures audiendi audiat.
Interrogabāt aūt eū discipuli eius
q̄ esset hec parabola. Quibus ille di
xit: Vobis datum est nosse mysteri-
um regni dei: ceteris autem in para
bolis: vt vidētes non videant: ⁊ au
dientes nō intelligant. Est autē hec
parabola: Semē est verbum dei: qđ
autem secus viā: hi sunt qui audiūt
deinde venit diabolus: ⁊ tollit ver-
bum de corde eorum: ne credentes
salui fiant. Nā qđ supra petram: hi
sunt qui cum audierint cum gaudio
suscipiunt verbū. Et hi radices nō
habent: q2 ad tempus credunt: ⁊ in
tpe tētationis recedūt. Qđ autem
in spinas cecidit: hi sunt qui audie
runt: ⁊ a solicitudinibus ⁊ diuiti-
is ⁊ voluptatibus huius vite eūtes
suffocant̄: ⁊ non referunt fructum.
Qđ āt in bonā terrā: hi sunt qui in
corde bono ⁊ optimo audiētes ver
bū retinēt: ⁊ fructum afferunt in pa
tiētia. Offer. Perfice gressus meos
in semitis tuis vt nō moueant̄ vestigia
mea: iclina aurē tuā ⁊ exaudi vba mea:
mirifica misericordias tuas q saluos fa

O cis sperantes in te dn̄e. Secre. Oblatū tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos semper ⁊ muniat. Per. Cō. Introibo ad altare dei ad deum q̄ letificat iuuētutē meā. Cōpl. Supplices te rogamus oṗs deus: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi ēt placidis moribus dignāter deseruire ꝯcedas. Per dn̄m. ¶ Feria. iiij. Ad hebreos. xij. cap.

Frēs: Recogitate dn̄m iesum christum: qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsuꝫ cōtradictionem: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes: ⁊ obliti estis cōsolationis: q̄ vobis tanq̄ꝫ filijs loqtur dicēs: Fili mi: noli negligere disciplinā domini neq; fatigeris duꝫ ab eo argueris. Quē eniꝫ diligit dominus castigat. Flagellat aūt oēm filiū quē recipit. In disciplina pseuerate: tanq̄ꝫ filijs vobis se offert deus. Quis eniꝫ filius quē non corripit pr̄? Qḋ si extra disciplinā estis: cuius participes facti sunt oēs: ergo adulterini ⁊ non filij estis. Deinde patres q̄dem carnis nostre eruditores habuimus ⁊ reuerebamur eos: num multo magis obtemperabimus patri spirituum: ⁊ viuemus in christo iesu domino nostro. Scd̄ꝫ mattheū. xij. c.

In illo tempore: Dixit iesus phariseis: Qui non est mecuꝫ contra me est: ⁊ qui non congregat mecum spargit. Ideo dico vobis: Omne peccatum ⁊ blasphemia remittetur hominibus: spiritus autē blasphemie non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum contra filiuꝫ hominis: remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctū non remittetur ei neq; in hoc seculo: neq; in futuro. Aut facite arborem bonam ⁊ fructum eius bonuꝫ: aut facite arborem malam ⁊ fructuꝫ eiuꝫ maluꝫ. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum: quō potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia eniꝫ cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: ⁊ malus homo de malo thesauro profert mala. Dico auteꝫ vobis: quoniam omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rōnem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: ⁊ ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Feria. vj. Ad thessalonicen. ij. ca.

Fratres: Nos autem desolati a vobis ad tempus hore aspectu: non corde. Abundantius festinauimus faciem vestram videre cū multo desiderio: quoniam voluimus venire ad vos. Ego quidem paulus ⁊ semel ⁊ iterū: sed impediuit nos sathanas. Que est enim nostra spes aut gaudium: aut corona glorie? Nonne vos ante dominum nostrū iesuꝫ christū in aduētu eiuꝫ? Vos eni estis gloria nostra ⁊ gaudiū nostrū: in christo iesu domino nostro. Scd̄m lucam. xvij. ca.

In illo tp̄e: Interrogatus iesus a phariseis. Quando veniret regnuꝫ dei? Respōdens iesus dixit: Non venit regnum dei cum obser

nationem: neq3 dicent ecce hic: aut ec
ce illic. Ecce enim regnum dei intra
vos est. Et ait ad discipulos suos.
Venient dies qñ desideratis vide-
re vnũ dié filij hóis ⁊ non videbi-
tis: ⁊ dicent vobis: ecce hic: ⁊ ecce
illic. Nolite ire: neq3 sectemini. Nã3
sicut fulgur coruscans sub celo: in
ea que sub celo sunt fulget. Ita erit
filius hóis in die sua. Primũ3 aũt
oportet illũ multa pati: ⁊ reproba-
ri a gñatione hac. Et sicut factũ est
in diebus noe: ita erit ⁊ in diebus
filij hóis. Edebãt ⁊ bibebant: vxo-
res ducebãt ⁊ dabantur ad nupti-
as vsq3 in diem qua intrauit noe in
archam: ⁊ venit diluuiũ ⁊ perdidit
omnes. Similiter sicut factu3 est in
diebus loth. Edebant ⁊ bibebant:
emebant ⁊ vendebant: plantabãt
⁊ edificabãt. Qua die aũt exijt loth
a sodomis pluit ignem ⁊ sulphur
de celo: ⁊ omnes perdidit. Secun-
dum hec erit qua die filius hominis
reuelabitur. In illa hora qua fuerit
in tecto: ⁊ vasa eius in domo: ne de
scendat tollere illa. Et qui in agro
similiter non redeat retro. Memo-
res estote vxoris loth. Quicunq3
quesierit animam suam saluam fa-
cere: perdet illam. Et quicunq3 per
diderit illam: viuificabit eam. Di-
co vobis: in illa nocte erunt duo
in lecto vno. Vnus assumetur: ⁊ al
ter relinquetur. Due erunt molen-
tes in vnum: vna assumetur: ⁊ alte
ra relinquetur. Duo in agro: vnus
assumetur ⁊ alter relinquetur. Re-
spondentes dicunt illi: Vbi domi
ne? Qui dixit illis: vbicunq3 fuerit
corpus: illuc congregabuntur ⁊
aquile. ¶ Dñica in quinquagesi-
ma. Introitus.

sto mihi in deũ
protectorem ⁊ in
locum refugij vt
saluum me faci-
as: qm̃ firmamẽ
tũ meũ ⁊ refugi
um meum es tu:
⁊ propter nomen tuum dux mihi eris
⁊ enutries me. Ps. In te domine spe-
raui non confundar in eternum: in iu-
stitia tua libera me. Oratio.
P Reces nr̃as quesumus dñe
clementer exaudi: atq3 a pctõ4 no-
strorum vinculis absolutos: ab oĩ
nos aduersitate custodi. p. Que
oratio sola dicatur. Lectio episto-
le. s. Ad corinthios. xiij. cap.
F Ratres: Si linguis hominum
loquar ⁊ angelorum: charitatem au
tem non habeam: factus sum velut
es sonans aut cymbalum tinniens.
Et si habuero prophetiam: ⁊ noue
rim mysteria omnia ⁊ omnem sciẽ
tiam. Et si habuero omnem fidem:
ita vt montes transferam: charita-
tem autem non habuero: nihil sum.
Et si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas: ⁊ si tradi-
dero corpus meum ita vt ardeam:
charitatem autem non habuero: ni
hil mihi prodest. Charitas patiẽs
est benigna est Charitas non emu
latur: non agit perperam non in-
flatur: non est ambitiosa: non que-
rit que sua sunt: non irritatur: non
cogitat malum: non gaudet super
iniquitate: congaudet autem veri-
tati. Oia

tati. Oia suffert: oia credit: oia spe/rat: oia sustinet. Charitas nunq̃ʒ excidet: siue ꝓphetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue sciētia destruetur. Ex parte eni cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus. Cū autē venerit qđ perfectum est: euacuabitur qđ ex parte est. Cum essem paruulus: loqbar vt paruulus: sapiebam vt paruulus: cogitabā vt paruulus. Qñ autē factus sum vir: euacuaui que erāt paruuli. Uidemus nunc per speculū in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Nunc autem manent fides spes ⁊ charitas: tria hec. Maior aūt horum est charitas.

Graduale. Tu es deus q facis mirabilia solus: notam fecisti in gētibus virtutem tuā. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios israel ⁊ ioseph.

Tractus. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione. ℣. Scitote quoniā dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. ℣. Nos autē populus eius ⁊ oues pascue eius.

I Scđm lucam. xviij. capitulo. In illo tempore: Assumpsit iesus duodecim discipulos suos secreto: ⁊ ait illis: Ecce ascendimus hierosolymam: ⁊ consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus ⁊ illudetur: ⁊ flagellabitur ⁊ conspuetur. Et postq̃ʒ flagellauerint: occident eum: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret hierico: cecus quidam sedebat secus viā mendicans. Et cū audiret turbam ꝑtereuntē interrogabat qd hoc esset. Dixerunt autem ei q̄ iesus nazarenus transiret: ⁊ clamauit dicens: Iesu fili dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili dauid miserere mei. Stans autem iesus iussit eum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dñe: vt videam lumē. Et dixit illi iesus: Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit ⁊ sequebatur eum magnificans deum. Et oīs plebs vt vidit: dedit laudē deo.

Offer. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedictus es domine doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Secre. Hec hostia q̄s domine emundet nr̄a delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesq̃ʒ sanctificet. Per dominum.

Communio. Manducauerūt ⁊ saturati sunt nimis ⁊ desiderium eorum attulit eis dñs: non sunt fraudati a desiderio suo.

Comp. Quesumus oṗs deus: vt qui celestia alimenta percepimus ꝑ hec cōtra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

¶ In capite ieiunij benedictio cineris sic fiat.

Omnipotens sempiterne deus: parce metuentibus pro/

piciare supplicantibus: ⁊ mittere di-
gneris sanctum angelum tuum de
celis: qui bene ✠ dicat ⁊ scti ✠ ficet
cineres istos: vt sint remedium salu
bre oĩbus nomen tuum humiliter
implorantibus: ac semetipsos pro
conscientia delictorum suorum accusan-
tibus: atq; ante conspectum diuine
clementie tue facinora sua deploran-
tibus: vel serenissimam maiestatem
tuam suppliciter obnixeq; flagitan
tibus: ⁊ presta quesumus per inuo
cationem tui sanctissimi nominis:
vt quicunq; eos super se asperserit:
pro redemptione peccatorum suo-
rum corporis sanitatem ⁊ anime
tutelam percipiant. Per dñm nrm.

D Omine deus Scda oratio.
oĩps bene ✠ dicere ⁊ scti ✠ fi
care digneris hos cineres supplici-
ter exoramus: vt quos in tuo no-
mine sancto atq; filij tui dñi nostri
iesu christi bñ ✠ dicimus: sint om
nibus fidelibus purgatio facinorum
atq; omnium delictorum suorum: ⁊
petimus clementiam tuam: vt spiri
tum sanctũ tuũ mittere digneris su
per omnes istos: quatenus omnes
qui eos sup se sparserint vel depor
tauerint sint armis celestibus defen
si: ⁊ sint sanctificati in anima ⁊ in
corpore: ⁊ ne vlterius a malignis
spiritibus polluantur: sint liberi
atq; defensi per virtutem eiusdem
spiritus sancti. Per. Tertia oratio.

D Eus q non vis mortem sed
penitentiam desideras pecca-
torũ: fragilitatem conditionis hu-
mane benignus respice: ⁊ hos cine-
res quos pro causa proferende hu-
militatis atq; promerẽde venie: ca-
pitibus nostris imponi decreuimus
bñ ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare pro
tua pietate dignare: vt qui nos cine
rem esse: ⁊ ob prauitatis nostre me
ritum in puluerem reuersuros cogno
scimus: peccatorum oĩum veniam
⁊ premia penitentibus repromissa
misericorditer cõsequi mereamur.
Per dñm. Quarta oratio.

D Eus q humilitate flecteris:
⁊ satisfactiõe placaris: aures tue pie
tatis inclina precibus nostris: ⁊ ca
pitibus seruorum tuorum horum
cinerum aspersione attactis effun-
de propitius grãm tue benedictio-
nis: vt eos ⁊ spiritu compunctio-
nis repleas: ⁊ que iuste postulaue-
rint efficaciter tribuas: ⁊ concessa
perpetua stabilitate intactos mane
re decernas. Per christum dñm no
strum iesum. Hic incensentur ⁊ aq
benedicta aspergantur: quibus fi-
nitis chorus incipiat. Introitus.

Exaudi nos dñe
quoniã benigna
ẽ misericordia tua.
Secundum mul
titudinem misera
tionũ tuarum. Re-
spice nos dñe. ℣.
Saluum me fac
deus quoniam intrauerunt aque vsq;
ad animam meam. Gloria patri. Exau
di nos. Kyrieleison. Christeleison. Ky
rieleison. Oremus. Flectamus
genua. Leuate Oratio.

C Oncede nobis dñe presidia
militie christiane scis inchoare ieiu-
nijs: vt contra spiritales nequitias

pugnaturi continentie muniamur auxilijs. Per dominum nostrum iesum chr̄m. Qua finita cantet̄ hec añ. Immutemur habitu in cinere ⁊ cilicio: ieiunemus ⁊ ploremus ante dñm: q̄ꝛ multū misericors est dimittere peccata nr̄a deus noster. Interim accedat clerus ⁊ ppl's ad sacerdotem: qui liniat capita eorum cum cinere dicens. Memento o hō qui puluis es ⁊ in cinerem reuerteris. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q niniuitis in cinere ⁊ cilicio penitētibus indulgētie tue remedia ꝑstitisti: concede ꝓpitius: vt sic eos imitemur habitu: quatenus venie cōsequamur obtentu. Per d. Hijs peractis procedēte cruce fiat processio in aliquā ecclesiā: cātādo hāc añaz. Juxta vestibulū ⁊ altare plorabāt sacerdotes ⁊ leuite ministri dñi ⁊ dicent: parce domine populo tuo: ⁊ ne dissipes ora clamantium ad te domine. Cū responsorio. In ieiunio. Flectamus genua. Cū aūt appropinquauerit ecclesie ad quā fit ꝓcessio: inchoetur añ. que congruit illi sancto in cuius honore ecclesia est cōsecrata. Coram altari clerus ⁊ ppl's prosternat se: ⁊ dicat clerus Septem psalmos penitentiales. Dñe ne in furore tuo argu. cum reliquis. Deinde dicat sacerdos preces cum oratione pro peccatis: ⁊ vnam orationem sancti illius ecclesie: ⁊ sic cū Letania reuertantur ad matricem ecclesiam. Quibus peractis incipiatur. Ad missam Introitus.

Misereris omnium domine ⁊ nihil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitentiam: ⁊ parcens illis: q̄ꝛ tu es dñs deus nr̄. ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te cōfidit aīa mea. Gloria pri. Et sic agatur per totam .xl. qn̄. de tpe agit̄. exceptis dñicis diebus. Kyriele. feriale. Flectamus genua. Leuate. Et dicat quotidie in missa de ieiunio: exceptis dieb' dñicis ⁊ festiuis.

Presta q̄s domine deus fidelibus tuis: vt ieiuniorum venerāda solénia ⁊ congrua pietate suscipiant: ⁊ secura deuotiōe ꝑcurrāt. Per dñm. Ab hac die vsq3 ad dominicā de passione post orōnem dici dñr orationes. A cunctis nos q̄ sumus dñe. Et oratio. Omps sempiterne deus: q viuorum dñaris simul ⁊ mortuorum. Exceptis diebus dominicis ⁊ festiuis. Lectio Johelis prophete. ij. capitu.

Hec dicit dñs: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in plāctu: ⁊ scidite corda vr̄a ⁊ non vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dñm deum vestrū: q̄ꝛ benignus ⁊ misericors est: patiens ⁊ multe misericordie: ⁊ prestabilis super malitia. Quis scit si cōuertatur ⁊ ignoscat deus: ⁊ relinquat post se benedictonem: sacrificium ⁊ libamē domino deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiuniū: vocate cetū: congregate po

pulu3: sctificate ecclesiã: coadunate senes: congregate paruulos ⁊ sugẽtes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: ⁊ spõsa de thalamo suo. Inter vestibulũ ⁊ altare plorabunt sacerdotes ministri domini: ⁊ dicẽt: Parce dñe parce pplo tuo: ⁊ ne des hereditatẽ tuam in opprobriũ: vt dominent eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorum? Zelatus est dñs terrã suam: ⁊ pepercit pplo suo. Et respondit dominus ⁊ dixit pplo suo. Ecce ego mittã vobis frumentum ⁊ vinu3 ⁊ oleum: ⁊ replebimini in eis. Et non dabo vos vltra in opprobrium in gentibus: dicit dominus omnipotens. Grad. Miserere mei deus miserere mei: qm̃ in te confidit anima mea. ℣. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ conculcãtes me. Tract. Domine non secundu3 peccata nostra facias nobis: neq3 secundu3 iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordie tue: q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriã nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris: Propter nomen tuũ. Iste tractus dicitur per totam. xl. secunda: quarta: ⁊ sexta ferijs: exclusis diebus tractus speciales habentibus. Se[cundum matthaeum]. vj. capitu.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Amẽ dico vobis: q2 receperunt mercede3 suam. Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuum: ⁊ faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscõso. Et pater tuus qui videt in abscõso: reddet tibi mercedẽ. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. Thesaurizate aute3 vobis thesauros in celo: vbi neq3 erugo neq3 tinea demolitur: ⁊ vbi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus: ibi est ⁊ cor tuum. Offer. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: dñe clamaui ad te ⁊ sanasti me. Secreta.

Hac nos quesumus domine his muneribus offerẽdis cõuenienter aptari: qbus ipsius venerabilis sacramẽti celebramus exordium. Per dominu3 nostrũ. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Que pfatio dicatur omnibus diebus dominicis ⁊ feriatis vsq3 dominicam passionis sm romanam ecclesiam vsq3 dominicam palmarum. Com. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte: dabit fructu3 suu3 in tpe suo.

Percepta nobis dñe. Comp. prebeant sacramenta subsidium: vt tibi grata sint nostra ieiunia ⁊ nobis pficiant ad medelã. Per dominum. Nota q2 post vltimum. Per dominum nostrũ iesum chr̃3 filium tuum. quotidie in feriali officio dicit Oremus. Et dyaconus imponit humilitate capita vestra. deo. Deinde sacerdos dicat oratio

nem super populum vsq; in domi-
nicam palmarum. Oratio.
Inclinantes se domine maiesta
ti tue propitius intende: vt qui di-
uino munere sunt refecti: celestibus
semper nutriantur auxilijs. Per d.
Quo finito conducitur cum Bene
dicamus domino. ¶ Feria.v. Introi.

Um clamarem ad
dominum exau-
diuit vocem meã
ab his q̃ appropi
quant mihi: ⁊ hu
miliauit eos q̃ est
ante secula ⁊ ma-
net in eternũ: ia-
cta cogitatũ tuum in domino: ⁊ ipse te
enutriet. Ps. Exaudi deus orationem
meam ⁊ ne despexeris deprecationem
meam: intende mihi ⁊ exaudi me. Glo-
ria pa. Flectamus genua. Oratio.
Deus q̃ culpa offenderis peni
tentia placaris: preces popu
li tui supplicantis propitius respice:
⁊ flagella tue iracũdie que pro pec-
catis nostris meremur auerte. Per.
Lectio esaie prophete. xxxviij. cap.
In diebus illis. Egrotauit eze-
chias vsq; ad mortem: ⁊ intro
iuit ad eum esaias filius amos pro
pheta dicẽs ei: Hec dicit dominus.
Dispone domui tue: q2 morieris
tu ⁊ non viues. Et conuertit ezechi
as faciem suam ad parietem ⁊ ora
uit ad dominum ⁊ dixit: Obsecro
te domine: memento queso quomo
do ambulauerim coram te in veri
tate ⁊ corde perfecto: ⁊ quod bonũ
est in oculis tuis fecerim. Et fleuit
ezechias fletu magno. Et factũ est
verbum domini ad esaiam dicens:
Uade ⁊ dic ezechie: Hec dicit domi
nus deus dauid patris tui. Audiui
orationem tuam: ⁊ vidi lachrymas
tuas. Ecce ego adijciam super dies
tuos quindecim annos. Et de ma-
nu regis assyriorum eruam te ⁊ ci-
uitatem istam: ⁊ protegam eam. Ait
dominus omnipotens. Grad. Ia
cta cogitatum tuum in domino ⁊ ipse
te enutriet. V. Dum clamarem ad do
minum: exaudiuit vocem meam ab
his qui appropinquant mihi. Scdm
Mattheum. viij. capitulo.
In illo tempore: Cum intro-
isset iesus capharnaum: accessit ad
iesum centurio: rogans eum ⁊ di-
cens: Domine: puer meus iacet in
domo paralyticus: ⁊ male torque-
tur. Et ait illi iesus. Ego veniam ⁊
curabo eum. Et respondens centu-
rio ait: Domine non sum dignus
vt intres sub tectum meum: sed tan
tum dic verbo ⁊ sanabitur puer me
us. Nam ⁊ ego homo sum sub ptã
te constitutus: habens sub me mi-
lites: ⁊ dico huic vade ⁊ vadit: ⁊
alio veni ⁊ venit: ⁊ seruo meo: fac
hoc ⁊ facit. Audiens autem iesus
miratus est: ⁊ sequentibus se di-
xit: Amen dico vobis non inueni
tantam fidem in israel. Dico autem
vobis ꝙ multi ab oriente ⁊ occi-
dente venient: ⁊ recumbent cũ abra
am isaac ⁊ iacob in regno celorum.
Filij autem regni eijcientur in tene-
bras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stri
dor dentium. Et dixit iesus centu-
rioni. Uade: ⁊ sicut credidisti: fiat ti
bi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Offertorium. A d te domine leua-ui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. **Secreta.**
S Acrificijs presentibus domine quesumus intende placatus: vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per dominum nostrū iesum christum filium. **Cōmunio.**
A cceptabilis sacrificium iustitie: oblatiōes ⁊ holocausta sup altare tuuꝫ dn̄e.
C Elestis doni bene **Complen.** dictione percepta: supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis ⁊ sacramēti causa sit ⁊ salutis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.
P **Super populum Oratio.** Arce domine parce populo tuo: vt dignus flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. ¶ **Feria. vi. Introitus.**

Udiuit dominus ⁊ misertus ē mihi: dominus factus est adiutor meus. **Ps.** Exaltabo te domine: quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. **Oratio.**
I Nchoata ieiunia quesumuꝫ domine benigno fauore prosequere: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam syncеris exercere valeamus. Per dominum nostrum iesum christuꝫ.

Lectio esaie prophete. lviij. capitu.
H Ec dicit dominus deus: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Et annuncia populo meo scelera eorum: ⁊ domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt: ⁊ scire vias meas volunt. Quasi gens que iustitiam fecerit: ⁊ que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie: ⁊ appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus ⁊ non aspexisti: humiliauimus animas nostras ⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenietur voluntas vestra: ⁊ omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis: ⁊ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Nūquid contorquere quasi circulum caput suum: ⁊ saccum ⁊ cinereꝫ sternere? Nunquid istud vocaui ieiunium ⁊ diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiuniuꝫ quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: ⁊ omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum: ⁊ egenos vagosqꝫ induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum: ⁊ carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: ⁊ sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua: ⁊ gloria domini col

liget te. Tunc inuocabis: ⁊ dominus exaudiet. Clamabis ⁊ dicet: ecce assum. Quia misericors sum: dominus deus tuus. Graduale.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. ℣. Ut videam voluntatem domini: ⁊ protegar a templo sancto suo. Tractus.

Domine non secundum peccata. ⁊c.

Secundum mattheum. v. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum: ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos ⁊ orate pro persequētibus: ⁊ calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum: quid amplius facitis? Nonne ⁊ ethnici hoc faciunt? Estote ergo ⁊ vos perfecti: sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciunt in synagogis ⁊ in vicis: vt honorificētur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in absconso. Et pater tuus qui videt in absconso: reddet tibi. Offertoriū.

Domine viuifica me secundum eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. Secre.

Sacrificium domine obseruātie paschalis offerimus: presta quesumus: vt tibi ⁊ mentes nostras reddat acceptas: ⁊ continentie promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Com.

Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Comp.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos vno pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Super populum oratio.

Uere domine populum tuū: ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla ei dominetur iniquitas. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuū. ¶ Sabbato. Introitus.

Sto mihi in deum protectorem: ⁊ in locum refugij vt saluum me facias: quoniam firmamentum meum ⁊ refugium meum es tu: ⁊ propter nomen tuum dux mihi eris ⁊ enutries me. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: atq3 a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos3 aduersitate custodi. Per dominum nostrum iesum christu3.

Lectio esaie prophete. lviij. capitu.

Hec dicit dominus: Si abstuleris de medio tui cathenam et desieris digitum tuum extendere et loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam: et animam afflictam repleueris: tūc orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper: et implebit splendoribus animam tuam: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarum cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorum. Fundaméta generationis et generationis suscitabis: et vocaberis edificator sepium: auertens semitas in quieté. Si auertis a sabbato pedem tuum: facere voluntatem tuam in die sancto meo: et vocaueris sabbatum dedicatum et sanctum domini gloriosum. Et glorificaueris eum dum non facis vias tuas: et non inuenietur voluntas tua: vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino: et sustollam te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi locutum est.

Grad. Tu es deus qui facis mirabilia solus: notā fecisti in gentibus virtutem tuam. V. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios israel et ioseph.

Secundum marcum. vj. capitulo.

In illo tempore: Cum sero esset factu3: erat nauis in medio maris et iesus solus in terra: et vidit discipulos suos laborantes in remigando. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare: putauerunt fantasma esse: et exclamauerunt. Oēs enim eum viderunt et turbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite: ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: et cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebát. Non eni3 intellexerunt de panibus: erat eni3 cor illorum obcecatu3. Et cum trāsfretassent peruenerunt in terram genezareth et applicuerunt. Cumq3 egressi essent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre: vbi audiebant eum esse. Et quocunq3 introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: In plateis ponebant infirmos: et deprecabantur eum: vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant. Offertori. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas: benedictus es domine: doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronūciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

Hec hostia quesumus domine emūdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum

tibi corpora mentesq3 sanctificet. Per dominum nostrum. **Com.**

Manducauerũt ⁊ saturati sunt nimis ⁊ desiderium eorum attulit eis dñs: nõ sunt fraudati a desiderio suo. **Compl.**

Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nrm. **Super populum. Oratio.**

Adesto quesumus domine supplicatiõibus nostris: ⁊ in tua misericordia confidentes: ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum nostrum iesu3. ¶ **Dominica prima in quadragesima. Introi.**

Inuocauit me ⁊ ego exaudiã eu3: eripiam eu3 ⁊ glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. **Ps.** Qui habitat ĩ adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi cõmorabitur.

Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinẽdo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per dominum nostrum iesum christum filiu3 tuũ. **Que sola dicatur. Ad corinthios. ij. vj. capitu.**

Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionẽ: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in suauitate: in spiritu sancto: in charitate non ficta: in verbo veritatis: In virtute dei: per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonam famam: vt seductores ⁊ veraces: sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quasi morientes ⁊ ecce viuimus. vt castigati ⁊ non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq̃ nihil habentes: ⁊ omnia possidentes. **Gradua.**

Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offẽdas ad lapidem pedem tuum. **Tractus.** Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu: ⁊ refugiu3 meum: deus meus sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pẽnis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem: a negocio perambulante in tenebris: a ruina ⁊ demonio meridiano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decem milia a dextris tuis: tibi au

tem non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt costodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnq̄ offendas: ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eū: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ℣. Inuocabit me ⁊ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiam eum ⁊ glorificabo eum: longitudine dierum replebo eū: ⁊ ostendam illi salutare meum. Secūdum mattheum. iiij. capitulo.

In illo tempore: Ductus est iesus in desertum a spiritu: vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: ⁊ statuit eum supra pinnaculum templi: ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mādauit de te: ⁊ in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus rursum: Scriptum est: non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in mōtem excelsum valde: ⁊ ostēdit ei omnia regna mundi ⁊ gloriā eorum: ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus: Vade sathana: scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabant ei. Offer.

Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus: te domine deprecantes: vt cum epularum restrictione carnalium: a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per dominum. Communio. Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circūdabit te veritas eius. Complenda.

Tui nos dn̄e sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortiū. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuum. ¶ Feria secūda Introitus.

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum deum nostrū donec misereatur nostri: miserere nostri domine miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Gloria patri. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Lectio Eze

chielis prophete. xxxiiij. capitulo.

Hec dicit dominus: Ecce ego ipse requiram oues meas. Et visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum: in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas. Et liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suam: et pascam eas in montibus israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus excelsis israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oues meas: et ego eas accubare faciam: dicit dominus deus. Quod perierat requiram: et quod abiectum erat reducam. Et quod confractum fuerat alligabo: et quod infirmum fuerat consolidabo: et quod pingue et forte costodiam. Et pascam illas in iudicio et iusticia: dicit dominus omnipotens. Grad. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tractus. Domine non secundum peccata. xxv. et c. vt supra feria quarta cinerum. Secundum mattheum. xxv. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes: et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris eius: hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi esuriui enim: et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi bibere. Hospes eram et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere eram: et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine: quando te vidimus esurientem: et pauimus te? Sitientem: et dedimus tibi potum? Quando autem vidimus te hospitem: et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quando vidimus te infirmum: aut in carcere: et venimus ad te. Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis: quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet et de his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enim: et non dedistis mihi manducare. Sitiui. et non dedistis mihi potum. Hospes eram et non collegistis me. Nudus: et non operuistis me. Infirmus et in carcere: et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes: Domine: quando te vidimus esurientem: aut sitientem.

aut hospitem: aut nudum: aut infirmum: vel in carcere: et non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis q̃diu non fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam. Offertorium. R. euela oculos meos et considerabo mirabilia tua domine vt doceas me iustitiã tuam: da mihi intellectum vt discam mandata tua. Secreta.

MUnera domine oblata sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum iesum christũ. Com. Voce mea ad dñm clamaui et exaudiuit me de monte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. Complẽda.

SAlutaris tui domine munere satiati: supplices exoramus vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per dominum nostrum.

A Super populum. Oratio.

ABsolue quesumus domine nostrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur propitiatus auerte. Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Feria tertia. Introitus.

Omine refugiũ factus es nobis: a generatione et progenie: a seculo et in seculum tu es. Ps. Priusq̃ montes fierẽt aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsq; in sclm tu es deus. Oratio.

REspice domine familiam tuã et presta: vt apud te mẽs nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in.

Lectio esaie prophete. lv. capitulo.

IN diebus illis: Locutus est esaias propheta dicens: Querite dominum dum inueniri potest. Inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dominum: et miserebitur eius: et ad deum nostrũ: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre: neq; vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: et cogitatiões mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo: et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram: et infundit eam: et germinare eam facit. Et dat semen serenti: et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecunq; volui. Et prosperabitur in his ad que misi illud: aut dominus ops. Ora.

Dirigatur oratio mea sicut incensũ in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Scdm Mattheum. xxi. cap.

IN illo tempore: Cum intrasset iesus hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicẽs: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est iesus propheta a nazareth

galilee. Et intrauit iesus in templu3 dei: ⁊ eijciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mensas nummulariorum: ⁊ cathedras vendentium columbas euertit. Et dicit eis: Scriptum est: Domus mea dom⁹ orationis vocabitur: vos autẽ fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci ⁊ claudi in tẽplo: ⁊ sanauit eos. Videntes aũt principes sacerdotum ⁊ scribe mirabilia que fecit: ⁊ pueros clamantes in templo ⁊ dicentes: O sanna filio dauid: indignati sunt ⁊ dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utiq3 nunq̃3 legistis: quia ex ore infantium ⁊ lactẽtium perfecisti laudem. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ i bethaniã: ibiq3 docebat eos de regno dei. **Offertori.** In te speraui dñe dixi tu es de⁹ m us: i manib⁹ tuis tẽpora mea.

Oblatis q̃s domine **Secreta.** placare muneribus: ⁊ a cũctis nos defende periculis. Per. **Com̃.** Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti me: misere mihi domine ⁊ exaudi orationem meam. **Complenda.**

Quesumus dñe omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum. **Super populum oratio.**

Ascendant ad te domine preces nostre: ⁊ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitia3. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum ⁊c. ¶ **Feria quarta quatuor temporum. Introitus.**

Eminiscere miserationum tuarum domine: ⁊ misericordie tue que a seculo sũt: ne vnq̃3 dominẽtur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. **psalm⁹.** Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. **Dicatur absq3 salutatione.** Oremus. Flectamus genua. Leuate. **Oratio.**

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: ⁊ contra cuncta nobis aduersantia dexterã tue maiestatis extende. Per dominum nostrum iesum christu3 filiũ.

Lectio libri exodi. xxiiij. cap.

In diebus illis: Dixit dominus ad moysen: Ascende ad me in montem ⁊ esto ibi. Daboq3 tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legem ac mandata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerunt autem moyses ⁊ iosue minister eius. Ascendensq3 moyses in monte3 dei: senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos: habetis aaron ⁊ hur vobiscum: siquid natum fuerit questionis: referetis ad eos. Cumq3 ascẽdisset moyses operuit nubes montem: ⁊ habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini: quasi ignis ardens super vertice3 montis in conspectu filiorum isra-

el. Ingressusq; moyses medium ne
bule ascendit in montez. Et fuit ibi
quadraginta diebus ꝛ quadragin
ta noctibus. Graduale. Tribula
tiones cordis mei dilatate sunt: de ne
cessitatibus meis eripe me domine. ℣.
Uide humilitatem meam ꝛ laborē me
uz: ꝛ dimitte omnia peccata mea. Hic
dicitur Dominus vobiscum. fine
Flectamus genua. Oratio.
Deuotionem populi tui q̄su
mus domine benignus intende: vt
qui per abstinentiaz macerantur in
corpore: per fructuz boni operis re
ficiantur in mente. Per dominuz.
Lectio libri Regum.iiij. libri.xix.c.
In diebus illis: Uenit helyas
in bersabee iuda: ꝛ dimisit ibi
puerum suum: ꝛ perrexit in deser
tum viam vnius diei. Cumq; venis
set ꝛ sederet subter vnam iunipez:
ꝛ petiuit anime sue vt moreretur:
ꝛ ait: Sufficit mihi domine tolle q̄
so animam meam: neq; enim meli
or sum q̄z patres mei. Proiecitq;
se ꝛ obdormiuit in vmbra iunipe
ri. Et ecce angelus domini tetigit eū:
dixitq; illi: Surge comede. Respe
xit: ꝛ ecce ad caput suum subcineri
tius panis ꝛ vas aque. Comedit
ergo ꝛ bibit: ꝛ rursum obdormi
uit. Reuersusq; est angelus domini
secundo: ꝛ tetigit eum: dixitq; illi:
Surge ꝛ comede: grandis eniz re
stat tibi via. Qui cuz surrexisset co
medit ꝛ bibit: ꝛ ambulauit in for
titudine cibi illius quadraginta die
bus ꝛ quadraginta noctibus: vsq;
ad montem dei oreb. Tractus.
De necessitatibus meis eripe me do
mine vide humilitatem meam ꝛ labo
rem meum: ꝛ dimitte omnia peccata
mea. ℣. Ad te domine leuaui animaz
meam: deus meus in te confido nō eru
bescam: neq; irrideant me inimici mei.
℣. Etenim vniuersi qui te expectant
non confundentur: confundantur om
nes facientes vana. Scdm mattheū
In illo tempore: Acces- xij.ca.
serunt ad iesum scribe ꝛ pha
risei dicentes: Magister: volumus
a te signum videre. Qui respondēs
ait illis: Generatio mala ꝛ adulte
ra: signum querit et signum nō da
bitur ei: nisi signuz ione prophete.
Sicut eniz ionas fuit in ventre ceti
tribus diebus ꝛ tribus noctibus:
sic erit filius hominis in corde terre
tribus diebus ꝛ tribus noctibus.
Uiri niniuite surgent in iudicio cū
generatione ista. Et condemnabūt
eam: quia penitentiaz egerūt in pre
dicatione ione. Et ecce plusquaz io
nas hic. Regina austri surget in iu
dicio cum generatione ista: ꝛ con
dēnabit eam: quia venit a finibus
terre audire sapientiam salomonis.
Et ecce plusquā salomon hic. Cuz
autem immundus spiritus exierit
ab homine: ambulat per loca ari
da querens requiez ꝛ non inuenit.
Tunc dicit: reuertar in domum me
am vnde exiui: ꝛ veniens inuenit
eam vacantem scopis mundataz ꝛ
ornatam: tunc vadit ꝛ assumit se
cum septem alios spiritus nequio
res se. Et intrantes habitant ibi: ꝛ
fiunt nouissima hominis illius pe
iora prioribus. Sic erit ꝛ genera
tiōi huic pessime. Adhuc eo loquē

te ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicēti sibi: ait: Que est mater mea? Et q sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicūqȝ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater: soror ⁊ mater est. Offertorium.

Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimꝰ: vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum. Com.

Intellige clamorem meum: intende voci orōnis mee: rex meus ⁊ deus meus: qm̄ ad te orabo domine. Compl.

Tui domine perceptione sacramēti ⁊ a nostris mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per. Super pplm̄. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agēda sunt: ⁊ que recta sunt agere valeamus. Per dominum. ¶ Feria.

qnta Introitꝰ.

Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ⁊ magnificentia in sanctificatione eiꝰ. ps Cantate domino canticum nouū: cātate dn̄o oīs tra.

Deuotionē populi tui Oro. quesumus domine benignus intēde vt qui per abstinentiā macerātur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mēte. Per. d.

Lectio ezechielis prophete. xviij. c.

In diebus illis: Factus est sermo domini ad me dicēs: Quid est ꝙ inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra israel dicentes: Patres nostri comederunt vuā acerbam: ⁊ dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit dn̄s deus. Si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in israel? Ecce oēs anime mee sunt vt anima pr̄is: ita ⁊ anima filij mea ē. Aia que peccauerit ipsa morieť. Et vir si fuerit iustus: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiā: in montibus non comederit: ⁊ oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: ⁊ vxorem proximi sui non violauerit: Et ad mulierē menstruatam non accesserit: ⁊ hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit: ⁊ nudum operuerit vestimēto. Ad vsuram non commodauerit: ⁊ amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: ⁊ iudicium verum fecerit inter virum ⁊ virum: ⁊ in preceptis meis ambulauerit: ⁊ iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est: vita viuet ⁊ non morietur: ait dominus omnipotens. Graduale. Custodi me dn̄e vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meum prodeat: oculi

tui videant equitatem. **Scđm Ioan. viij. ca.**

In illo tpe: Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos: Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Responderũt ei: Semen abrahe sumus et nemini seruiuimus vnq̃: quo modo tu dicis: liberi eritis? Respõdit eis iesus: Amẽ amen dico vobis: q2 omnis qui facit peccatũ: seruus est peccati. Seruus autẽ nõ manet in domo in eternum: filius autem manet in eternũ. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio q2 filij abrahe estis: sed q̃ritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego qđ vidi apud patrem loquor et vos que vidistis apud patrez vestrum facitis. Rñderunt et dixerũt ei: Pater noster abraham est. Dicit eis iesus: Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere: hominem q veritatẽ locutus sum vobis: quaz audiui a deo: hoc abraham non fecit. Uos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaq3 ei: Nos ex fornicatiõe non sumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus: Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq3 me. Ego enim ex deo ꝓcessi et veni. Neq3 eniz a me ipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis: q2 non potestis audire sermonem meum: vos ex p̃re diabolo estis: et desideria patris vr̃i vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non stetit: quia veritas non est in eo. Cum loquitur mẽdacium ex proprijs loquitur: quia mendax est et pater eius. Ego autem si veritatẽ dico nõ creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatez dico q̃re vos non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. **Offertori.**

Immitit angelus domini in circuitu timentiũ eum: et eripiet eos: gustate et videte qm̃ suauis est dominus. **Secre.**

Sacrificia quesumus domine propensius nos ista saluẽt que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum. **Cõmu.**

Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. **Complẽda.**

Tuorum nos domine largitate donorum et temporalibus attolle presidijs et renoua sempiternis. Per. **Sup populũ Oratio**

Da quesumus domine populis christianis et que profitentur agnoscere: et celeste munus diligere quod frequentant. Per do. ¶ **Feria. vj. Introi.**

De necessitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatem meaz et laborem meuz: et dimitte oĩa peccata mea. **Psal.** Ad te domine leuaui animam meã: deus meus i te confido non erubescam. **Oratio.**

Esto domine propitius plebi tue: et quam tibi facis esse deuotam benigno refoue miseratus auxilio. Per. **Lectio ezechielis prophete. xviij. capitulo.**

Hec

Hec dicit dominus deus. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: ⁊ pater non portabit iniquitatem filij. Justitia iusti super eum erit: ⁊ impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est: ⁊ custodierit omnia precepta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iustitiam: vita viuet ⁊ non morietur: omnium iniquitatū eius quas operatus est non recordabor. Jn iustitia sua quam operatus est viuet. Nunquid volūtatis mee est mors impij: dicit dñs deus: ⁊ non vt conuertatur a vijs suis ⁊ viuat. Si aūt auerterit se iustus a iustitia sua: ⁊ fecerit iniqtatem: scdm oēs abominationes quas operari solet impius: nūquid viuet? Oēs iustitie eius q̄s fecerat non recordabūtur in preuaricatione qua preuaricatus est: ⁊ in pctō suo quod peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite ergo domus israel: Nunquid via mea nō est equa: ⁊ non magis vie vestre praue sunt? Cū eni auerterit se iustus a iustitia sua ⁊ fecerit iniquitatem morietur in eis: in iustitia quam operatus est morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiā: ipse animā suā viuificabit. Considerans enim ⁊ auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet ⁊ non morietur: dicit dñs ops. Graduale. Saluum fac seruū tuum deus meus sperantem in te. V. Auribus percipe domine orationem meam. Scdm iohannem. v. ca.

In illo tpe: Erat dies festus iudeorum: ⁊ ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina que cognominabatur hebraice bethsaida: quinqꝫ porticus habēs. Jn his iacebat multitudo languentium: cecorum: claudorum: ⁊ aridorum expectantium aque motum. Angelus autem domini scdm tempus descendebat in piscinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat: a quacūqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi: triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem: ⁊ cognouisset qr multum iam tempus haberet dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: dum venio eni ego: alius ante me descendit. Dicit ei iesus: Surge tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo ille: ⁊ sustulit grabatum suum ⁊ ambulabat. Erat autē sabbatum in illa die. Dicebāt ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis lāguidus. Qui me sanum fecit: ille mihi dixit: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuū ⁊ ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus ne-

sciebat quis esset. Iesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo et dixit ei: Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo: et nunciauit iudeis quia iesus esset qui fecit eum sanum. Offer. Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Suscipe quesumus domine munera nostris oblata seruitiis: et tua propitius dona sanctifica. Per dominum nostrum iesum christum.

Com. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorsum et erubescant valde velociter. Comp.

Per huius domine operationem mysterii et vitia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum. Sup populum. Oro.

Exaudi nos misericors deus et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per. ¶ Sabbato quattuor temporum. Introitus.

Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam domine. Ps. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gloria. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Populum tuum domine quesumus propitius respice: atque ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum iesum.

Lectio libri Deutro. xxvi. ca.

In diebus illis: Orauit moyses ad dominum dicens: Respice domine de sanctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo. Et benedic populo tuo israel et terre quam dedisti nobis: sicut iurasti patribus nostris terre lacte et melle mananti. Audi israel: hodie dominus deus tuus precepit tibi vt facias mandata eius atque iudicia. Et custodias et impleas ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie: vt sit tibi deus: et ambules in viis eius: et custodias cerimonias illius: et mandata atque iudicia: et obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi: et custodias omnia precepta eius. Et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem et nomen et gloriam tuam: vt sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. Graduale. Propitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per dominum nostrum iesum christum. Lectio libri Deuteronomii.

In diebus illis: Dixit moyses filiis israel. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis: et feceritis ea: vt diligatis do

minum deum vestrum: et ambulê-
tis in omnibus vijs eius: adherē-
tes ei: disperdet dominus omnes gē
tes istas ante faciem vestram: et pos
sidebitis eas que maiores et fortio
res vobis sunt. Omnis locus quē
calcauerit pes vester: vester erit. A
deserto et libano: et flumine magno
eufrate vsqz ad mare occidentale
erunt termini vestri. Nullus stabit
contra vos. Terrorem vestrum et
formidinem dabit dominus de-
us vester: super omnem terram
quam calcaturi estis: sicut locu-
tus est vobis dominus deus no-
ster. Graduale. Protector nr̄ aspice
deus: et respice super seruos tuos. ℣.
Domine deus virtutum exaudi preces
seruorum tuorum. Oremus. Fle-
ctamus genua. Leuate. Oratio.
Protector noster aspice deus
vt qui malorum nostrorum
pondere premimur: percepta miseri
cordia libera tibi mēte famulemur.
Per dominū nostrum iesum chri-
stum filium tuuz. Lectio libri Ma
chabeorum. j. cap. libro. ij. cap.
In diebus illis. Orationez fa-
ciebant sacerdotes dum offerrēt sa
crificium pro populo israel: iona-
tha incipiente: ceteris autem respō
dentibus et dicentibus: Benefaci
at vobis deus: et meminerit testa-
menti sui quod ad abraam isaac et
iacob locutus est: seruorum suorū
fidelium. Et det vobis cor omni-
bus vt colatis eum: et faciatis eius
voluntatem. Adaperiat cor vestrū
in lege sua et in preceptis suis: et fa-
ciat pacem. Exaudiat orationes
vestras et reconcilietur vobis: nec
vos deserat in tempore malo: domi
nus deus vester. Gra. Dirigatur.
oratio mea sicut incensuz in conspectu
tuo domine. ℣. Eleuatio manuū mea
rum sacrificium vespertinum. Ore-
mus. Flectam⁹ genua. Leua. Oro.
Adesto quesumus dn̄e suppli
catiōibus nostris: vt eē largi
ente mereamur et inter pspera hūi-
les: et iter aduersa securi. Per dn̄z.
Lcō li. sapientie. Eccl'iastici. xxxvi.
Miserere nostri deus omnium
et respice nos: et ostende no
bis lucem miserationum tuarum.
Et immitte timorem tuum sup gen
tes que nō exquisierūt te: vt cogno-
scant quia non est deus nisi tu: vt
enarrent magnalia tua. Alleua ma
num tuam super gentes alienas: vt
videant potentiaz tuam. Sicut eni
in conspectu eorum sanctificatus
es in nobis: sic in conspectu nostro
magnificaberis in eis: vt cogno-
scant te sicut et nos cognouimus
quia non est alius deus prete te do-
mine. Innoua signa: et immuta mi
rabilia: glorifica manuz et brachiū
dextrum. Excita furorem et effunde
iram. Extolle aduersarium et affli-
ge inimicum. Festina tempus et me
mento finis: vt enarrent mirabilia
tua domine deus noster. Gra. Sal
uum fac populum tuum dn̄e et benedic
hereditati tue. ℣. Ad te domie clama
ui deus meus ne sileas a me: et ero simi
lis descendentibus in lacuz. Oremus
Flectam⁹ genua. Leua. Oro.
Quesumus omnipotens deus
vota humilium respice atqz ad de-

fensionem nostram dexteram tue maiestatis extende. Per dominum
Lectio Danielis prophete. iij. cap.
In diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem. Require sabbato quattuor tpm in aduentu. fo. vj. Hymnus. Benedictus es. etc. per totum vt in aduentu dni sabbato quattuor temporum. Dominus. vobiscum. Oratio sine Flectamus genua.
O Eus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dnm. Ad thessalonicenses. v. cap. j. epistola.
F Ratres: Rogamus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes. Suscipite infirmos patientes estote ad omnes. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semp quod bonum est sectamini inuicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec enim voluntas dei in christo iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni spetie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in aduentu dni nostri iesu christi seruetur. Tractus.
L audate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas dni manet in eternum. Scdm matthseum. xvij. capt.
I N illo tpe: Assumpsit iesus petrum et iacobum et ioannem fratrem eius: et duxit illos in montez excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses: et helias cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ad iesum: Domine: bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum: moysi vnum: et helie vnum. Adhuc eo loquente ecce nubes candida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene coplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitque illis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte: precepit eis iesus dicens: Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offertorium. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secre.
P Resentibus sacrificiis qs domine ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius: interius operetur. Per dominum Comunio. Domine deus meus in te speraui: libera me ex omnibus persequentibus me et eripe me. Copl.
S Anctificationibus tuis ops deus et vicia nostra curentur: et remedia nobis eterna perueniat.

Per do. Super populū. Oratio.
DA populo tuo quesumus do
mine spiritū veritatis et pacis
vt ⁊ te tota mēte cognoscat: ⁊ que ti
bi sint placita: toto corde sectetur.
Per dominum nostrum. eiusdem.

¶ Dominica secunda in q̄dragesi
ma. Introitus.

Eminiscere mise
rationum tuarū
dn̄e ⁊ misericordie
tue que a seculo
sunt: ne vnq̄ do
minentur nobis ini
mici nostri: libera
nos deus israel ex omnib' angustijs no
stris. Ps. Ad te domine leuaui animam
meā: deus me' i te cōfido nō erubescā.

DEus q cōspicis oi nos Oro
virtute destitui: interius exte
riusq; custodiri ⁊ ab omnibus ad
uersitatibus: mūniamur in corpore:
⁊ a prauis cogitationibus munde
mur in mēte. Per d. Sola dicit. Ad
Thessalonicēses. iiij. prime epistole.

FRatres: Rogam' vos ⁊ ob
secramus in domino iesu vt
quemadmodum accepistis a nobis
quomodo oporteat vos ambulare
et placere deo: sic ⁊ ambuletis vt abū
detis magis. Scitis enim que prece
pta dederim vobis per dominum ie
sum. Hec est enim volūtas dei: san
ctificatio vestra: vt abstineatis vos
a fornicatiōe: vt sciat vnusquisq; ve
strum vas suum possidere in sancti
ficatione: ⁊ honore. Non i passione
desiderij: sicut ⁊ gētes q̄ ignorāt de
um ⁊ ne quis supgrediatur neq; cir
cumueniat in negocio fratrē suum:
quoniam vindex est dominus de
his omnib': sicut prediximus vo
bis ⁊ testificati sumus. Non enim
vocauit nos deus in immundiciam:
sed in sanctificationem. i christo ie
su domino nostro. Gra. fo. xxx. Offer
toriū ⁊ cōm. oia vt supra feria quar
ta. Tractus. Dixit dominus: mulie
ri chananee: non ē bonū sumere panem
filiorum ⁊ mittere canibus ad māducā
dum. ℣. At illa dixit: etiam domie: nā
⁊ catelli edunt de micis que cadunt de
mensa dominorum suorum. ℣. Ait illi
iesus: o mulier magna ē fides tua: fiat ti
bi sicut petisti. Scd̄m mattheū. xv. ca.

IN illo tempore Egressus iesus
secessit i partes tyri et sydōis ⁊
ecce mulier chananea a finibus illis
egressa clamauit: dicens ei: Mise
rere mei domine fili dauid: filia mea
male a demone vexatur. Qui nō re
spondit ei verbum. Et accedentes
discipuli eius rogabant eum dicen
tes: Dimitte eam: quia clamat post
nos. Ipse autem respondens ait:
Non sum missus nisi ad oues que
perierant domus israel. At illa ve
nit ⁊ adorauit eum dicens: Domi
ne adiuua me. Qui respondens ait:
Non est bonum sumere panem fili
orum ⁊ mittere canibus: At illa di
xit: Etiam domine. Nam ⁊ catelli
edunt de micis que cadunt de men
sa dominorum suorum. Tunc respō
dens iesus ait illi: O mulier magna
est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et
sanata est filia ei' ex illa hora. Secr.

SAcrificijs presētibus quesu
mus domine intēde placatus
vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊

S saluti. Per dñm. Complen. Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concede. Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Feria secunda. Introitus.

Edime me domine ⁊ miserere mei pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicam dominum. Ps. Judica me domine qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: ⁊ in dño sperás nõ infirmabor. Gloria. Orõ.

Presta q̃s ops deus: vt familia tua que se affligendo carne ab alimentis abstinet: sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dñm.

Lectio Danielis prophete. ix. cap.

In diebus illis orauit daniel ad dñm dicens. Dñe deus noster: qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: ⁊ fecisti tibi nomen scdm diem hanc. Peccauimus iniquitatem fecimus dñe in oém iustitiá tuam. Auertatur obsecro ira tua ⁊ furor tuus a ciuitate tua hierusalem: ⁊ a monte sancto tuo. Propter pctá enim nr̃a ⁊ iniqtates patrũ nr̃orum hierl̃m ⁊ populus tuus in opprobriũ sint omnibus per circuitũ nostrum. Nũc ergo exaudi deus noster orationé serui tui: ⁊ preces eius. Et ostéde faciem tuá super sanctuarium tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus auré tuam ⁊ audi. Aperi oculos tuos ⁊ vide desolationé nostrá: ⁊ ciuitaté super quá inuocatum est nomé tuum. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuá: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe. placare domine. attende ⁊ fac. Ne moreris propter temetipsum deus meus. quia nomen tuũ inuocatũ est super ciuitatem ⁊ super populũ tuũ: dñe deus noster. Gradua. Adiutor meus ⁊ liberator meus esto domine ne tardaueris. V. Confundantur ⁊ reuereantur inimici mei qui querunt animá meá. Tractus. Domine non scdm peccata nostra. ⁊c. vt supra feria quarta cinerum. Scdm ioannem. viij. cap.

In illo tempore: dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado: ⁊ queritis me: ⁊ in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei: Numqd interficiet semetipsum: quia dicit: quo ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ego de superius sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis iesus: Principium qui ⁊ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui misit me verax est. ⁊ ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis iesus: Cũ exaltaueritis filium hominis: tunc

cognoscetis quia ego sum. Et a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me misit mecum est: et non relinquit me solum: quia ego que placita sunt ei: facio semper. **Offertorium.** Benedicam domino qui mihi tribuit intellectum: providebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear. **Secre.**

Hec hostia domine placationis et laudis tua nos propitiatione dignos efficiat. Per dominum nostrum. **Com.** Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Compl. Hec nos communio domine purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. Per dominum. **Super populum. Oratio.**

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

¶ **Feria tertia. Introitus.**

Tibi dixit cor meum quesivi vultum tuum: vultum tuum domine requiram: ne avertas faciem tuam a me. **Ps.** Dominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo. **Oratio.**

Perfice quesumus domine benignus in nobis observantie sancte subsidium: ut qui te auctore facienda cognovimus te operante impleamus. Per dominum nostrum.

Lectio libri Regum. xvii. c. iii. lib.

In diebus illis. Factus est sermo domini ad helyam thesbitem dicens: Surge et vade in sareptam sydoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue ut pascat te. Surrexit et abiit in sareptam sydoniorum. Cumque venisset ad portam civitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocavit eam: dixitque ei: Da mihi paululum aque in vase ut bibam. Cumque illa pergeret ut afferret clamavit post tergum eius dicens: Affer mihi obsecro et bucellam panis in manu tua. Que respondit: Vivit dominus deus tuus: quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farine in hydria: et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna ut ingrediar: et faciam illud mihi et filio meo ut comedamus et moriamur. Ad quam helyas ait: Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farina subcinericium panem parvulum: et affer ad me. Tibi autem et filio tuo facies postea. Hec autem dicit dominus deus israel. Hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuetur usque in diem in qua daturus est dominus pluviam super faciem terre. Que abiit et fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipse et illa: et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit: et lechitus olei non est imminutus: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu helye. **Orat.** Tacta cogitatum

tuū in domio ꝛ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarem ad dominū exaudiuit voceȝ meam ab his qui appropinquant mihi

I Scdm Mattheum. xxiij. ca.

N illo tempore: Locutus est iesus ad turbas ꝛ ad discipulos suos: dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe ꝛ pharisei. omnia ergo quecunqȝ dixerint vobis: seruate ꝛ facite. scdm opera vero eorū nolite facere. Dicunt enim ꝛ non faciunt. Alligant autem onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponunt in humeros hominū. Digito autem suo nolūt ea mouere: Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Dilatant enim philateria sua: ꝛ magnificant fimbrias. Amāt auteȝ primos recubitus in cenis: ꝛ primas cathedras in synagogis: ꝛ salutationes in foro: ꝛ vocari ab hominibus rabbi. Uos autem nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester. Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocari vobis super terram. vnus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christus. Qui maior est vestrū: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit: humiliabitur. Et qui se humiliauerit exaltabitur.

Offerto. Miserere mei dñe ſm magnam misericordiam tuam: dele domine iniquitatem meam. Secre.

S Anctificationē tuam nobis dñe his mysterijs operare placatus: que nos ꝛ a terrenis purget vicijs: ꝛ ad celestia dona perducat. Per.

D. Com. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor ꝛ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Comple.

V T sacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos tuis quesumus semp obedire mādatis. Per.

P Super populum. Oratio.

Ropitiare dñe supplicationibus nostris: ꝛ animarum nostrarū medere languoribus: vt remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per dominū. ¶ Feria iiij. Introitus.

E dereliquas me dñe deus meus ne discedas a me intende in adiutorium meū dñe virt? salutis mee. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Oratio.

P Opulū tuū dñe propiciatus respice ꝛ quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoqȝ vicijs cessare concede. Per dñm.

I Lectio libri Hester. xiij. capitu.

N diebus illis: Orauit hester ad dominū dicens: Domine deus rex omnipotens: in ditione eniȝ tua cūcta sunt posita: ꝛ non est qui possit tue resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum ꝛ terrā: ꝛ quicquid celi ambitu continetur. Tu es dñs omniū: ꝛ nō est qui resistat maiestati tue. Et nūc dñe rex regum deus abraam: miserere populo tuo. quia volunt nos inimici nostri perdere: ꝛ hereditateȝ tuā delere. Ne despicias parteȝ tuā

quam redemisti tibi: sed exaudi de-
precationē nostrā: ⁊ propitius esto
sorti ⁊ funiculo hereditatis tue. Et
conuerte luctū nostrū in gaudium:
vt viuentes laudemus nomen tuū.
Et ne claudas ora canentiū te: dn̄e
deus noster. Grad. Saluum fac po
pulū tuū dn̄e ⁊ benedic hereditati tue.
℣. Ad te dn̄e clamaui deus meus ne si
leas a me: ⁊ ero similis descendentibus
in lacum. Scd̄m mattheum. xx. cap.
In illo tp̄e. Ascendēs iesus hie
rosolymam: assumpsit duode-
cim discipulos suos secreto: ⁊ ait il-
lis. Ecce ascendimus hierosolymā
⁊ filius hoīs tradetur principibus
sacerdotum ⁊ scribis: ⁊ condēna-
būt eū morte. Et tradent eum genti
bus ad illudendum. ⁊ flagellandū
⁊ crucifigendum. ⁊ die tertia resur-
get. Tunc accessit ad eum mater fi-
liorum zebedei cū filijs suis: adorās
⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit
ei: Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt
hi duo filij mei vnus ad dexterā tu
am: ⁊ vnus ad sinistrā in regno tuo.
Respondens autē iesus dixit: Ne
scitis quid petatis. Potestis bibe-
re calicē quem ego bibiturus sum?
Dicūt ei: possumus. Ait illis: Cali-
cē quidē meum bibetis: sedere autē
ad dexterā meam ⁊ sinistrā non est
meum dare vobis: sed quibus pa-
ratum est a patre meo. Et audiētes
decē indignati sunt de duobus fra-
tribus. Jesus autē vocauit eos ad
se ⁊ ait: Scitis quia principes genti
um dominant eorum. ⁊ qui maio-
res sunt potestatem exercent in eos.
Non ita erit inter vos: sed quicun-
q̄ voluerint inter vos maior fieri: sit
vester minister. Et qui voluerit in-
ter vos primus esse: erit vester ser-
uus. Sicut filius hoīs nō venit mi
nistrari sed ministrare: ⁊ dare ani-
mā suā in redēptionē pro multis.
Offer. Ad te dn̄e leuaui animā meā:
deus meus in te cōfido nō erubescā: ne
q̄ irrideant me inimici mei: etenī vni-
uersi qui te expectāt non cōfundentur.
Hostias dn̄e quas tibi Secre.
offerimus propitius respice: ⁊
per hec sancta cōmercia: vincula pec-
catorū nostrorū absolue. Per dn̄m.
Com. Iustus dn̄s ⁊ iustitiam dilexit.
equitatē vidit vultus eius. Cōplēda.
Sumptis dn̄e sacramētis ad
redemptionis eterne quesu-
mus proficiamus augmentū. Per
dn̄m. Super ppl'm. Oratio.
Deus innocentie restitutor ⁊
amator: dirige ad te tuorū corda ser
uorū: vt spiritus tui feruore conce-
pto ⁊ in fide inueniantur stabiles:
⁊ in opere efficaces. Per dominum.
eiusdē spiritus. ¶ Feria. v. Introi.

Deus in adiutori-
um meum inten-
de: dn̄e ad adiu-
uādū me festina:
confundant ⁊ re
uereātur oēs ini
mici mei: qui que
runt aīam meā.
Ps. Auertant retrorsum ⁊ erubescāt q
volūt mihi mala. Gl'ia. Oratio.
Presta nobis quesumus dn̄e
auxiliū gratie tue vt ieiunijs ⁊ ora-
tionibus conuenienter intenti: libe
remur ab hostibus mentis ⁊ corpo

ris. Per dominum nostrum iesum christum. Rc. Lectio hieremie prophete.xvij.ca.

Hec dicit dñs. Maledictus homo qui cõfidit in hoie: et ponit carnẽ brachium suum: et a dño recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto. Et nõ videbit cũ venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et in habitabili. Benedictus vir qui confidit in dño: et erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignũ quod trãsplãtatur sup aquas: quod ad humorẽ mittit radices suas et non timebit cum venerit estus. Et erit foliũ eius viride: in tpe siccitatis non erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum. Prauũ est cor hominis et ĩscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dñs scrutãs. cor: et probans renes: qui do vnicuiqȝ iuxta viam suam: et iuxta fructum adinuentionum suarum: dicit dominus omnipotens. Graduale.

Propitius esto peccatis nostris domine: ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nois tui dñe libera nos. Scđm lucã. xvi. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues et induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam: eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant et lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus: et portaretur ab angelis in sinum habrae. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cum esset in tormentis: vidit habraam alonge et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater habraam miserere mei. et mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi habraam: Fili: recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt: neqȝ inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinqȝ fratres vt testetur illis: ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi habraã. Habẽt moysen et prophetas: audiãt illos. At ille dixit: Non pater habraam: sed siquis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt: neqȝ siquis ex mortuis resurrexerit credent. Offerto.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit. precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit: quare domine irasceris in populo tuo. parce ire anime tue. Memento habraam isaac et iacob: quibus iurasti dare regnum: terram fluentem lac et mel et placatus factus est dominus de mali-

gnitate quam dixit facere populo suo.

P Resenti sacrificio **Secreta.** nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruãtia nostra profitetur exterius: interius operetur effectu. Per dominum nostrum iesum christuȝ filium tuuȝ. **Communio.** Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinem meũ i me mãet ⁊ ego i eo dicit domin⁹.

S Ancta tua nos **Complẽda.** domine quesumus ⁊ a peccatis exuant: ⁊ celestis vite vigore cõfirment. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

Super populum. Oratio. A Desto domine famulis tuis et perpetuam benignitatem largire poscentibus. vt his qui te auctore ⁊ gubernatore gloriantur ⁊ congregata restaures: ⁊ restaurata conserues. Per dominũ nostrum iesuȝ christũ. ¶ **Feria sexta Introi.**

Go autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo satiabor dum manifestabitur gloria tua. **Ps.** Exaudi domie iustitiam meam: intẽde deprecationem meam. **Oratio.**

D A quesumus omnipotẽs deus: vt sacro nos purificante ieiunio: synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominum nostrum iesum. **Lectio libri Genesis. xxxvij. capitu.**

I N diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis: Audite somniuȝ meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro ⁊ quasi consurgere manipulum meum ⁊ stare: vestrosq; manipulos circunstantes adorare manipulum meuȝ. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris: aut subiiciemur ditioni tue. Hec ergo causa somniorum atq; sermonum: inuidie ⁊ odij fomitem ministrauit. Aliud quoqȝ somnum vidit: quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem ⁊ lunam ⁊ stellas vndeciȝ adorare me. Quod cum patri suo ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui. Pater vero rem tacitus considerabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sychem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sychimis: veni mittam te ad eos: Quo respondente. Presto sum: ait. Vade ⁊ vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos ⁊ pecora: et renuncia mihi quid agatur. Missus de valle hebron: venit in sychem. inuenitq; eum vir errãteȝ in agro: ⁊ interrogauit qd q̃reret. At ille respondit. Fratres meos quero. Indica mihi vbi pascant greges? Dixitq; ei: vir: Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: Eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inue-

nit eos in dothaim. Qui cum vidis
sent eũ procul anteq̃ accederet ad
eos: cogitauerunt eum occidere: ꝛ
mutuo loquebantur. Ecce somnia
tor venit: venite occidamus eum ꝛ
mittamus in cisternam veterem. di
cemusq̃: fera pessima deuorauit eũ.
ꝛ tunc apparebit quid illi prosint
somnia sua. Audiens autem hec ru
ben: nitebatur liberare eum de mani
bus eorum: et dicebat. Non inter/
ficiamus animam eius: nec effun/
damus sanguinem eius: sed proij/
cite eum in cisternam veterem: que
ē in solitudine: manusq̃ vestras ser
uate innoxias. Hoc autem dicebat
volens eripere eum de manibus eo
rum: ꝛ reddere patri suo. Gradua/
le. Ad dominum cum tribularer cla/
maui exaudiuit me. ℣. Domine libe/
ra animam meam a labijs iniquis: ꝛ a
lingua dolosa. Tractus. Domine nõ
ſm peccata nostra. ꝛc̃. vt supra feria
quarta cinerum. fo. xxv. Scdm mat
theũ. xxi. c.
In illo tempore: Di/
xit iesus discipulis suis ꝛ tur/
bis iudeorum parabolam hanc:
Homo quidam erat paterfamilias
qui plantauit vineam: ꝛ sepem cir/
cundedit ei. Et fodit in ea torcular:
ꝛ edificauit turrim: ꝛ locauit eam
agricolis: ꝛ peregre profectus est.
Cum autem tempus fructuum ap
propinquasset: misit seruos suos
ad agricolas vt acciperent fructus
eius. Et agricole apprehensis ser/
uis eius alium cederunt: alium oc/
ciderunt: alium vero lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos: plures
prioribus: ꝛ fecerunt illis similiter.
Nouissime autem misit filium su/
um ad eos dicens. Verebuntur for
sitam filium meum. Agricole autē
videntes filium: dixerunt intra se.
Hic est heres: venite occidamus eũ
ꝛ habebimus hereditatē eius. Et
apprehensum eum eiecerunt extra
vineam: ꝛ occiderunt. Cū ergo ve
nerit dominus vinee: quid faciet
agricolis illis? Aiũt illi: Malos ma
le perdet: ꝛ vineam suam locabit ali
is agricolis: qui reddant ei fructū
temporibus suis. Dicit illis iesus:
Nunq̃ legistis in scripturis. Lapi
dem quem reprobauerunt edifican
tes: hic factus est in caput anguli: a
domino factum est istud: ꝛ est mira
bile in oculis nostris. Ideo dico vo
bis: quia auferetur a vobis regnū
dei: ꝛ dabitur genti facienti fructus
eius. Et qui ceciderit super lapidem
istum confringetur. Super quem
vero ceciderit: conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdo/
tum ꝛ pharisei parabolas eius: co
gnouerũt ꝙ de ipsis diceret. Et que
rentes eum tenere: timuerũt turbas
quoniam sicut prophetam eum ha
bebāt. Offertori. Domine in auxili
um meum respice: confundantur ꝛ re
uereantur qui querunt animam meam
vt auferant eam. Secreta.
Hec in nobis sacrificia deus ꝛ
actione permaneant: ꝛ operationē
firmentur. Per dominum nostrũ
iesum christum filium tuũ. Com.
Tu domine seruabis nos: ꝛ custodi/
es nos a generatione hac in eternum.
Cõplen.
Ac nos quesumus
dñe accepto pignore salutis

eterne si tendere congruenter: vt ad
eam peruenire possimus. Per do
minum. Super populum. Oratio.

DA quesumus dñe populo
tuo salutem mentis ꝛ corpo
ris: vt bonis operibus inherendo
tue semper virtutis mereatur prote
ctione defendi. Per dñm. ¶ Sab
bato. Introit⁹.

Ex dñi irrepre
hēsibilis conuer
tēs animas: testi
monium dñi fide
le sapientiam pre
stans paruulis.
Ps. Celi enarrāt
gloriam dei: ꝛ opera manuum eius an
nunciat firmamentū. Oratio.

DA quesum⁹ dñe nostris effe
ctum ieiunijs salutarem: vt castiga
tio carnis assumpta ad nostrarum
vegetationem transeat animarum.
Per. Lectio libri. Gene. xxvij. ca.

IN diebus illis: Dixit rebecca fi
lio suo iacob. Audiui patrem
tuum loquentem cum esau fratre
tuo: ꝛ dicentem ei. Affer mihi de ve
natione tua: ꝛ fac cibos vt comedā:
ꝛ benedicam tibi coram domino an
teq̃ moriar. Nunc ergo fili mi: ac
quiesce consilijs meis: ꝛ pergēs ad
gregē affer mihi duos hedos opti
mos vt faciā ex eis escas patri tuo:
quibus libenter vescitur. Quas
cum intuleris ꝛ comederit: benedi
cat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille
respondit: Nosti quod esau frater
meus homo pilosus sit: ꝛ ego lenis:
si attrectauerit me pater meus ꝛ sen
serit: timeo ne putet sibi voluisse me
illudere: ꝛ inducat super me maledi
ctionem pro benedictione. Ad quē
mater. In me sit ait ista maledictio
fili mi: tm̃ audi vocem meam: ꝛ per
gens affer que dixi. Abijt ꝛ attulit:
deditq; matri sue. Parauit illa ci
bos sicut velle nouerat patrem illi
us: ꝛ vestibus esau valde bonis
quas apud se habebat domi: induit
eum. pelliculasq; hedorum circun
dedit manibus: ꝛ colli nuda prote
xit. Deditq; pulmentum: ꝛ panes
quos coxerat tradidit. Quibus illa
tis dixit. Pater mi. At ille respon
dit. Audio: quis es tu fili mi? Di
xitq; iacob: Ego sum esau primoge
nitus tuus feci tibi sicut precepisti
mihi. Surge sede ꝛ comede de ve
natione mea: vt benedicat mihi ani
ma tua. Rursumq; ysaac ad filium
suum. Quomodo inquit tam cito
inuenire potuisti fili mi? Qui respō
dit voluntas dei fuit vt cito occur
reret mihi quod volebam. Dixitq;
ysaac: Accede huc vt te tangam fi
li mi: ꝛ probem vtrum tu sis filius
meus esau: an non. Accessit ille ad
patrem: ꝛ palpato eo dixit ysaac.
Vox quidem vox iacob est: sed ma
nus: manus sunt esau. Et non co
gnouit eum: quia pilose manus si
militudinem maioris expresserant.
Benedicens ergo illi ait. Tu es fi
lius meus esau. Respōdit: Ego sum.
At ille: Affer inquit mihi cibos de
venatione tua fili mi: vt benedicat ti
bi anima mea. Quos cum oblatos
comedisset: obtulit ei etiam vinum.
Quo hausto dixit ad eum. Accede
ad me: ꝛ da mihi osculum fili mi.

Accessit ꝛ osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimentoꝝ eius fragrantiã; benedicens illi ait: Ecce odoꝛ filij mei sicut odoꝛ agri pleni cui benedixit dñs. Det tibi deus de roꝛe celi ꝛ d pīguedine terre abūdantiã frumenti vini ꝛ olei. Et seruiãt tibi populi: ꝛ adoꝛẽt te tribus. Esto dñs fratrum tuoꝛũ ꝛ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi benedictiõibus repleatur. Vix ysaac sermones impleuerat: ꝛ egresso iacob foꝛas venit esau: coctosq; de venatione cibos intulit patri dicens: Surge pater mi: ꝛ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi ysac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus pꝛimogenitus esau. Expauit ysaac stupoꝛe vehementi: ꝛ vltra q̃ credi potest ammirans ait: Quis igitur ille est: qui dudum captam venationem mihi attulit. ꝛ comedi ex omnibus pꝛiusq̃ tu venires. Benedixitq; ei: ꝛ erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit clamoꝛe magno: ꝛ consternatus ait. Benedic etiã ꝛ mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: ꝛ accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Juste vocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera vice pꝛimogenita mea ante tulit: ꝛ nunc secundo surripuit benedictionem meã. Rursumq; ad patrem: Nunquid nõ reseruasti ait ꝛ mihi benedictionem? Respondit Jsaac: Dominũ tuum illum constitui: ꝛ omnes fratres suos seruituti illius subiugaui. Frumento ꝛ vino ꝛ oleo stabiliui eum. Et tibi post hec vltra fili mi quid faciam: Cui esau: Num vnã inquit tm̃ benedictionem habes pater: mihi quoq; obsecro vt benedicas. Cũq; eiulatu magno fleret: motus Jsaac dixit ad eum. Jn pinguedine terre ꝛ in roꝛe celi desuper: erit benedictio tua. Gꝛa. Bonum est cõfiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annũciandũ mane misericoꝛdiam tuam: ꝛ veritatem tuam per noctem. Scdm lucam. xv. capitu.

In illo tempoꝛe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios: ꝛ dixit adolescentioꝛ ex illis patri. Pater: Da mihi poꝛtionẽ substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies cõgregatis omnibus adolescentioꝛ filius peregre pꝛofectus est in regionem longinquam: ꝛ ibi dissipauit substantiam suam: viuẽdo luxuriose. Et postq̃ omnia consummasset: facta est fames valida in regione illa: ꝛ ipse cepit egere. Et abiit ꝛ adhesit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret poꝛcos: ꝛ cupiebat implere ventrem suũ de siliquis quas poꝛci manducabant: ꝛ nemo illi dabat. Jn se autem reuersus dixit: Quanti mercennarij in domo patris mei abũdant panibus: ego autem hic fame pereo: surgam ꝛ ibo ad patrem meum ꝛ dicam ei. Pater peccaui in celum ꝛ coꝛam te: iã

non sum dignus vocari filius tu-
us: fac me sicut vnum de mercen-
narijs tuis. Et surgens venit ad pa
trem suum. Cum autem adhuc lon
ge esset vidit illum pater ipsius: ⁊
misericordia motus est: ⁊ accurrēs
cecidit super collum eius ⁊ oscula-
tus est eum. Dixitq; ei filius. Pa-
ter: peccaui in celum ⁊ coram te. iam
non sum dignus vocari filius tuus
dixit autē pater ad seruos suos. Ci-
to proferte stolam primam: ⁊ indui
te illum: ⁊ date annulum in manu
eius ⁊ calciamēta in pedes eius. Et
adducite vitulum saginatum: ⁊ oc-
cidite: ⁊ manducemus ⁊ epulemur
quia hic filius meus mortuus erat
⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Et
ceperunt epulari. Erat autem filius
eius senior in agro. Et cum veniret
⁊ appropinquaret domui: audiuit
simphoniam ⁊ chorum. Et vocauit
vnum de seruis: ⁊ interrogauit qd
hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus
venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum
saginatum: quia saluum illum rece
pit. Indignatus est autem: ⁊ nole-
bat introire. Pater ergo illius egres
sus cepit rogare illum. At ille respon
dens dixit patri suo: Ecce tot annis
seruio tibi: ⁊ mandatum tuum nū-
q̄ preterii: ⁊ nunq̄ dedisti mihi
hedum: vt cum amicis meis epula-
rer. Sed postq̄ filius tuus hic: qui
deuorauit substantiam suam cum
meretricibus venit occidisti illi vi-
tulum saginatum. At ipse dixit illi:
Fili: tu semper mecum es: ⁊ omnia
mea tua sunt. Epulari autem ⁊ gau
dere oportebat: quia frater tuus
hic mortuus erat: ⁊ reuixit: perierat
⁊ inuentus est. Offerto. Illumina
oculos meos ne vnq̄ obdormiam in
morte. ne quando dicat inimicus meus
preualui aduersus eum. Secreta.
His sacrificijs cōcede dn̄e pla-
catus. vt q proprijs oramus
absolui delictis: non grauemur ex-
ternis. Per dominum nr̄m. Com.
Oportet te fili gaudere: q: frater tuus
mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuēt' ē.
Sacramēti tui quesu- Cōpl.
mus dn̄e diuina libatio pe-
netralia nostri cordis infundat vt
sui nos participes potenter efficiat.
Per dominū. Super pp'm oratio.
Familiam tuā quesumus dn̄e
continua pietate custodi. vt
que in sola spe gratie celestis inniti
tur: celesti etiam ꝓtectiōe muniatur.
Per. ¶ Dn̄ica. iij. in. xl. Introitus.

Oculi mei semper
ad dominum q:
ipse euellet de la
queo pedes me-
os. respice in me
⁊ miserere mei
qm̄ vnicus ⁊ pau
per sum ego. Ps. Ad
te dn̄e leuaui aiam meam: deus meus
in te confido non erubescam. Oratio.
Quesumus omnipotēs deus:
vota humiliū respice atq; ad
defensionem nostram dexteram tue
maiestatis extende. Per dominum
nostrum iesum christum. Ad ephe
Fratres. Estote imi sios. v. c.
tatores dei sicut filij charis-
simi. ⁊ ambulate in dilectione si-
cut ⁊ christus dilexit nos: ⁊ tradi-

dit semetipsum pro nobis oblatio
nem et hostiam deo in odorem sua
uitatis. Fornicatio autem et omnis
immundicia aut auaricia nec nomi
netur in vobis sicut decet sanctos:
aut turpitudo: aut stultiloquium:
aut scurrilitas: que ad rem non per
tinet: sed magis gratiarum actio:
Hoc enim scitote intelligêtes quod
omnis fornicator: aut immundus:
aut auarus qd est idolorum serui
tus non habet hereditatez in regno
christi et dei. Nemo vos seducat in
anibus verbis. propter hec enim
venit ira dei in filios diffidêtie. No
lite ergo effici participes eorum. Era
tis eniz aliquando tenebre: nunc au
tem lux in domino vt filij lucis am
bulate. Fructus eni lucis est in om
ni bõitate et iustitia et vitate. Grad.

Exurge domie non preualeat homo
iudicentur gentes in cõspectu tuo. ℣.
In conuertendo inimicum meũ retror
sum: infirmabũtur et perient a facie tua.
Tractus. Ad te leuaui oculos me
os q habitas in celis. ℣. Ecce sicut ocu
li seruorum in mãibus dñorum suorum. ℣. Et
sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ℣.
Ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ
donec misereatur nostri. ℣. Miserere
nobis domine miserere nobis. Scdm

lucam. xi. ca.
In illo tempore: Erat iesus eijciês demonium:
et illud erat mutum. Et cum eiecisset
demoniũ locutus est mutus: et am
mirate sunt turbe. Quidam autem
ex eis dixerunt. In beelzebub prin
cipe demoniorũz eijcit demonia. Et
alij tentantes signum de celo quere
bant ab eo. Ipse autem: vt vidit co
gitationes eorum dixit eis: Omne
regnum in se diuisum desolabitur:
et domus supra domum cadet. Si
autez sathanas in se ipsum diuisus
quomodo stabit regnum eius: qr
dicitis i beelzebub me eijcere demo
nia? Si aũt ego in beelzebub eijcio
demonia: filij vestri in quo eijciũt?
Ideo ipsi iudices vestri erũt. Por
ro si in digito dei eijcio demonia: p
fecto peruenit in vos regnum dei.
Cum fortis armatus custodit atriũ
suum: in pace sunt ea que possidet.
Si autem fortior illo superueniens
vicerit eum: vniuersa arma eius au
feret in quibus cõfidebat: et spolia
eius distrbuet. Qui non est mecuz
contra me est. et qui non colligit me
cum: dispergit. Cum autem immũ
dus spiritus exierit ab homine: am
bulat per loca inaquosa querens re
quié et non inueniens: dicit. Reuer
tar in domum meam vnde exiui. Et
cum venerit: inueniet eam scopis i
mundatam et ornatam. et tũc vadit
et assumit septez alios spiritus secuz
nequiores se: et ingressi habitant
ibi: et fiunt nouissima homini illius
peiora prioribus. Factum est autez
cum hec diceret: extollens vocem
quedam mulier de turba dixit illi:
Beatus venter qui te portauit: et
vbera que suxisti. At ille dixit: Qui
nimmo. Beati qui audiũt verbũ
dei: et custodiunt illud. Offertoriu.

Iustitie domini recte letificâtes cor
da et dulciora super mel et fauum. nam et
seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia quesumus domine
mundet nostra delicta: et ad sa
crificium

crificium celebrandum subditorū
tibi corpora mentesq; sanctificet.
Per. Com. Passer inuenit sibi do-
mum ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos
suos. altaria tua dñe virtutū rex meus
⁊ de9 meus: bti q habitāt in domo tua:
in seculum seculi laudabunt te. Cōpl.

A Cunctis nos quesumus do-
mine reatibus ⁊ periculis ꝓ-
piciatus absolue: quos tanti miste-
rij tribuis esse participes. Per do.

¶ Feria secunda Introitus.

In deo laudabo v-
bū: ī domino lau
dabo sermonem:
in deo speraui. nō
timebo qd faciat
mihi homo. ps.
Miserere mei de
us quoniā cōcul-
cauit me homo: tota die impugnans
tribulauit me. Oratio.

Cordibus nostris q̄s domine
gratiam tuā benignus infunde: vt
sicut ab escis carnalib9 abstinem9:
ita sensus quoq; nostros a noxijs
retrahamus excessibus. Per domi
nū nostrū. Lcō libri regū. v. li. iiij.

In diebus illis: Naaman prin
ceps militie regis syrie: erat vir
magnus apud dominum suum ⁊
honoratus. Per illum enim dedit
dominus salutem syrie. Erat autē
vir fortis ⁊ diues: sꝫ leprosus. Por
ro de syria egressi fuerant latruncu
li: ⁊ captiuam duxerant de terra is-
rael puellam paruulam que erat in
obsequio vxoris Naaman: que ait
ad dñā suā. Utinam fuisset domi-
nus meus ad prophetā qui est in sa
maria: profecto curasset eū a lepra
quā habet. Ingressus est itaq; naa
man ad dominum suum: ⁊ nuncia-
uit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est pu-
ella de terra israel. Dixitq; ei rex sy
rie. Uade: ⁊ mittā litteras ad regē
israel. Qui cum profectus esset: ⁊ tu
lisset secum decem talenta argenti: ⁊
sex milia aureos: ⁊ decē mutatoria
vestimentorum: detulit litteras ad
regem israel in hec verba. Cū acce
peris epistolā hāc scito ꝙ miserim
ad te naaman seruum meum vt cu-
res eum a lepra sua. Cumq; legisset
rex israel litteras: scidit vestimēta sua
⁊ ait: Nunquid deus sum ego vt occi
dere possim ⁊ viuificare: quia iste mi
sit ad me vt curem hominē a lepra
sua? Animaduertite ⁊ videte quot
occasiōes querat aduersū me. Quod
cum audisset helyseus vir dei: scidis
se videlicet regem israel vestimenta
sua: misit ad eum dicens. Quare sci
disti vestimēta tua? Ueniat ad me:
⁊ sciat prophetam esse in israel. Ue-
nit ergo naaman cū equis ⁊ curri-
bus: ⁊ stetit ad hostium domus he-
lysei. Misitq; ad eum helyseus nū
cium dicens: Uade ⁊ lauare septies
in iordane: ⁊ recipiet sanitatē caro
tua atq; mundaberis. Iratus naa-
man recedebat dicens: Putabam
ꝙ egrederetur ad me. Et stans inuo
caret nomen domini dei sui: ⁊ tan-
geret manu sua locū lepre: ⁊ curaret
me. Nunquid non meliores sunt
abana ⁊ pharphar fluuij damasci
omnibus aquis terre israel vt lauer
in eis: ⁊ munder? Cū ergo vertisset
se ⁊ abiret indignans: accesserūt ad

eum serui sui: et locuti sunt ei. Pa/
ter etsi rem grandem dixisset tibi, p
pheta: certe facere debueras: quan/
tomagis quia nunc dixit tibi: laua
re et mundaberis. Descendit ergo et
lauit in iordane septies iuxta sermo
nem viri dei. Et restituta est caro ei⁹
sicut caro pueri paruuli: et munda/
tus est. Reuersusque ad virum dei cū
vniuerso comitatu suo venit: et ste/
tit coram eo: et ait: Vere scio quod nō
sit deus alius in vniuersa terra nisi
tm̄ dominus deus israel. Gradua.
Deus vitam meam annunciaui tibi:
posuisti lachrymas meas in conspectu
tuo. ℣. Miserere mihi domine quoni
am conculcauit me homo: tota die bel
lans tribulauit me. Scd'm lucā.iiij.c.
In illo tempore: dixerūt ad ie/
sum pharisei: Quanta audiui
mus facta in capharnaum: fac et hic
in patria tua. Ait autem iesus: Amē
dico vobis: quia nemo propheta
acceptus est in patria sua. In veri/
tate dico vobis: multe vidue erant
in diebus helie in israel: quando
clausum est celum annis tribus et
mensibus sex: cum facta esset fames
magna in omni terra: et ad nullam
illarum missus est helias: nisi in sa/
reptam sydonie ad mulierem vidu
am. Et multi leprosi erant in israel
sub heliseo propheta: et nemo eo/
rum mundatus est nisi naaman sy
rus. Et repleti sunt omnes in syna/
goga ira: hec audientes. Et surrexe
runt et eiecerunt eum extra ciuita/
tem: et duxerunt illum vsque ad sup/
cilium montis: super quem ciuitas
illorum erat edificata vt precipita/
rent eum. Ipse autem transiens per
medium illorum ibat. Offertoriū.
Exaudi deus orationem meam: et ne
despexeris deprecationem meam: intē
de in me et exaudi me. Secreta.
Munus quod tibi domine no
stre seruitutis offerimus tu sa
lutare nobis perfice sacramentum.
Per dominum nostrum. Cōmu.
Quis dabit ex syon salutare israel cū
auerterit dominus captiuitatem plebis
sue: exultabit iacob et letabitur israel.
Presta quesu/ Complenda.
mus omnipotēs deus: vt quod
ore contingimus: pura mente ca/
piamus. Per dominum nostrum.
Super populum Oratio.
Subueniat nobis quesumus
domine misericordia tua: vt ab im
minentibus peccatorum nostrorū
periculis te mereamur protegente
eripi: te liberante saluari. Per do/
minum. ¶ Feria tertia Introitus.

Ego clamaui quo/
niā exaudisti me
deus: inclina au
rem tuam et exau
di verba mea: cu
stodi me domi/
ne vt pupillam
oculi: sub vmbra
alarum tuarum protege me. Ps. Exa
udi domine iustitiam meam: intende
deprecationem meā. Oratio.
Exaudi nos omnipotens et misericors
deus: et cōtinentie salutaris propi/
tius nobis dona concede. Per do.
Lectio libri regum.iiij.lib.iiij.cap.
In diebus illis. Mulier quedam
clamabat ad helyseum prophe

tam dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi: quid habes in domo tua? At illa rndit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: nisi paruum olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et claude hostium tuum cum intrinsecus fueris: tu et filij tui: et mitte inde in oia vasa hec: et cum plena fuerit tolles. Fuit itaque mulier et clausit hostium super se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo: stetitque oleum. Venit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit et vende oleum: et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui viuite de reliquo. Graduale. A hoc cultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc imaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Scdm

I Llo tempore: Respiciens iesus in discipulos: dixit symoni petro: Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis. Quecunque alligaueritis super terram erunt ligata et in celo: et quecunque solueritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis. Quia si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quamcunque petierint: fiet illis a patre meo qui est in celis. Ubi enim duo vel tres congregati sunt in nomine meo: ibi sum ego in medio eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit: Domine: quotiens peccauerit in me frater meus et dimittam ei: vsque septies? Dixit illi iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagesies septies. Offertorium.

D extera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.

P Er hec veniat que- Secreta. sumus domine sacramenta nostre redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria dona cuncta perducat. Per dominum nostrum. Com. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Complenda.

S Acris dne mysterijs expiati et veniam consequamur et gratiam. Per. Super populum. Oratio.

T Ua nos quesumus domine protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum iesum christum filium. ¶ Feria quarta. Introitus.

Go autem in do-
mino speraui: ex-
ultabo ⁊ letabor
in tua misericor-
dia: quia respexi-
sti humilitatem
meam. Ps. In te
domine speraui
non confundar in eternum in iusti-
tia tua libera me. Oratio.

P Resta nobis quesumus do-
mine: vt salutaribus ieiunijs erudi
ti: a noxijs quoq3 vicijs abstinētes:
propitiationem tuam facilius impe
tremus. Per dominum nostrum
iesum christum filium tuum. Qui
tecum. Lectio libri Exodi. xx. capi.

H Ec dicit dñs deus. Honora
patrem tuum ⁊ matrē tuam:
vt sis longeuus super terram: quā
dominus deus tuus dabit tibi. Nō
occides: non mechaberis. Non fur
tum facies: non loqueris contra ꝓ
ximum tuum falsum testimonium.
Non concupisces domum proximi
tui: nec desiderabis vxorem eius.
Non seruum: non ancillam. Non
bouem: non asinū: nec omnia que
illius sunt. Cunctus autem popu-
lus videbat voces: ⁊ lampades: ⁊
sonitum buccine montemq3 fumi-
gantē. Et perterriti ac pauore con-
cussi steterunt procul dicentes moy
si. Loquere tu nobis ⁊ audiemus:
non loquatur nobis dominus: ne
forte moriamur. Et ait moyses ad
populum. Nolite timere: vt enim ꝓ
baret vos: venit deus: ⁊ vt terror il-
lius esset in vobis: ⁊ nō peccaretis.
Stetitq3 populus de longe. Moy-
ses autem accessit ad caliginem in
qua erat deus. Dixitq3 preterea do-
minus ad moysen: Hec dices filijs
israel: Vos audistis quod de celo lo
cutus sim vobis. Non facietis de-
os argenteos: nec deos aureos fa-
cietis vobis. Altare de terra facietis
mihi: ⁊ offeretis sup illud holocau-
sta ⁊ pacifica vr̃a: oues vestras ⁊ bo
ues: in omni loco in quo memoria
fuerit nominis mei. Gradua. Mi
serere mei dñe: quoniam infirmus sum
sana me domine. ℣. Conturbata sunt
omnia ossa mea: ⁊ anima mea turbata
est valde. Tractus vt supra. Secun
dum mattheum. xv. capitulo.

I N illo tempore: Accesserūt ad
iesum ab hierosolymis scribe ⁊ pha
risei dicentes. Quare discipuli tui
transgrediuntur traditiones senio-
rum? Non enim lauant manus su-
as cum panē manducant. Ipse au
tem respondens ait illis. Quare ⁊
vos transgredimini mandatum dei
propter traditionē vestrā? Nam de
us dixit. Honora patrem ⁊ matrē.
Et qui maledixerit patri vel matri:
morte moriatur. Vos autem dici-
tis. Quicūq3 dixerit patri vel matri:
munus quodcunq3 est ex me pro-
derit tibi: ⁊ non honorificabit pa-
trem suum aut matrem suam. Et ir-
ritum fecistis mandatū dei propter
traditionem vestram. Hypocrite:
bene prophetauit de vobis esaias
dicens: Populus hic labijs me ho
norat: cor autem eorum longe est a
me. Sine causa autem colunt me:
docentes doctrinas ⁊ mandata ho-
minum. Et conuocatis ad se tur-

bis: dixit eis. Audite et intelligite: non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei: Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait: Omnis plātatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt et duces cecorum. Cecus aūt si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens aūt petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam hanc. At ille dixit: Adhuc et vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in vētrem vadit: et in secessum emittitur. Que autem procedunt de ore: de corde exeunt: et ea coinquināt hominē. De corde enim exeunt cogitatiōes male: homicidia: adulteria: fornicatiōes: furta: falsa testimōia: blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominē. Non lotis autē manibus mā ducare non coinquinat hominem. Offertoriū. Domine fac meum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Sec. Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum. et tua mysteria celebrantes: ab omnibus nos defende periculis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui. Communio. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Complen. Sanctificet nos domine qua pasti sumus mense celestis libatio: et a cunctis erroribus expiatos: supernis promissionibus reddat acceptos. Per dominum nostrum iesum. Super populum. Oratio. Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per dominum nostrum iesum. ¶ Feria. v. Introitus. Salus populi ego sum dicit dominus. de quacunque tribulatiōe clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuū. Ps. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Concede q̄s omnipotens deus vt ieiuniorum nobis sancta deuotio et purificationem tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū. Oro. Lectio Hieremie prophete. vij. ca. In diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens: Sta in porta domus domini: et predica ibi verbum istud et dic. Audite verbum domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: vt adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes: templum domini: templum domini: templum domini est. Quoniam si benedixeritis vias vestras et studia vestra. Si feceritis iudicium inter virum et proximum eius aduene et pupillo et vidue non

feceritis calumniaz: nec sanguinez innocētez effuderitis i loco isto. Et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus vestris a seculo et vsqz in seculum. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Oculi omniū in te sperant domine: ⁊ tu das illis escam in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples omne animal benedictione. Scdm lucam. iiij.ca.

In illo tempore. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus: ⁊ rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: ⁊ dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibāt aūt demonia a multis clamātia ⁊ dicētia: qz tu es fili⁹ dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die: egressus ibat i locum desertum: ⁊ turbe requirebant eum: ⁊ venerunt vsqz ad ipsuz. Et detinebant illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatib⁹ oportet me euāgelizar̄ regnū dei: qa ideo missus suz. Et erat predicās in synagogis galilee. Offerto. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meoruz extendes manum tuā: ⁊ saluū me fecit dextera tua.

Secreta. Hac nos quesumus domine ad sancta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per dominum nostrum iesum christuz. Cōmu. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Complē. Sacramenti tui domine veneranda pceptio ⁊ mystico nos mundet effectu: ⁊ perpetua virtute defendat. Per dominum nostruz iesum christum filium tuum. Qui.

Super populum. Oratio. Subiectum tibi populū quesumus domine propitiatio celestis amplificet: ⁊ tuis semper faciat seruire mandatis. Per dominum nostrum.

¶ Feria sexta. Introitus.

Fac mecum domine signū in bono vt videāt qui me oderunt ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me ⁊ consolatus es me. Ps. Inclina aurem tuam ad me ⁊ exaudi me qm̄ inops ⁊ pauper suz ego. Oratio. Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mente. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui te. Lectio libri Numeri. xx.cap.

In diebus illis. Conuenerunt filij israel ad moysen ⁊ aaron: ⁊ versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam vt bibamus. Ingressiqz moyses ⁊ aaron: dimissa multitudine ante taberna-

culum federis: corruerunt proni in terram clamauerunt ad dominum atqȝ dixerunt: Domine deus: exaudi clamorem populi huius: ꝛ aperi eis thesaurum tuum fonteȝ aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos: locutusqȝ est dominus ad moysen dicens: Tolle virgam ꝛ congrega populum: tu ꝛ aaron frater tuus: ꝛ loquimini ad petram coram eis: ꝛ illa dabit aquas. Cumqȝ eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo ꝛ iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei congregata multitudine ante petram: dixitqȝ eis: Audite rebelles ꝛ increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumqȝ eleuasset moyses manuȝ percutiens virga bis silicem: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet: ꝛ iumenta. Dixitqȝ dominus ad moysen ꝛ aaron. Quia non credidistis mihi: vt sanctificaretis me coram filijs israel: non introducetis hos populos in terram quã dabo eis: hec est aqua contradictionis vbi iurgati sunt filij israel contra dominum ꝛ sanctificatus est in

Diuisio eis. ¶ Misit interea nuncios moyses de cades ad regem edom qui dicerent: Hec mandat frater tuus israel. Nosti omneȝ laborem qui apprehendit nos: quomodo descenderint patres nostri in egyptum ꝛ habitauerimus ibi multo tempore afflixerintqȝ nos egyptij ꝛ patres nostros: ꝛ quomodo clamauerim⁹ ad dominum ꝛ exaudierit nos: miseritqȝ angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades que est in extremis finibus tuis positi: obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus ꝑ agros nec per vineas: nõ bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via publica nec ad dexterã nec ad sinistram declinantes donec transeamus terminos tuos. Cui respondit edom: Non transibitis per me Alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntqȝ filij israel. Per tritam gradiemur viam: ꝛ si biberimus aquas tuas nos ꝛ pecora nostra: dabimus quod iustum est. Nulla erit in precio difficultas: tm̃ velociter transeamus. At ille respondit. Non trãsibitis. Statimqȝ egressus est obuius cum infinita multitudine ꝛ manu forti: nec voluit acquiescere deprecanti vt concederet transitum per fines suos. Quãobrem diuertit ab eo israel. Cumqȝ castra mouissent de cades: venerunt in montem hor qui est in finibus terre edom: vbi locutus est dominus ad moysen dicens: Pergat inquit aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filijs israel: eo ꝙ incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle aaron ꝛ filium eius cum eo ꝛ duces eos in montem hor. Cum nudaueris patrem veste sua: indues ea eleaȝarum filium eius: ꝛ aaron colligetur ꝛ morietur ibi. Fecit moyses vt preceperat dominus ꝛ ascenderunt in monteȝ

hor coram omni multitudine. Cũ qȝ aaron spoliasset vestibus suis: induit eis eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio descẽdit cum eleazaro. Omnis aũt multitudo videnȝ occubuisse aaron: fleuit super eo triginta diebus per cũctas familias suas. Grad. In deo sperauit cor meum ꝛ adiutus sum ꝛ refloruit caro mea ꝛ ex volũtate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas: ne discedas a me. Tractus. Domine non ꝭm peccata nostra facias nobis: neqȝ ꝭm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui dñe libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ. Scdȝ ioannẽ.c.iiij.

In illo tempore. Uenit iesus in ciuitatem samarie que dicitur sychar iuxta prediũ quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fons iacob. Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fonteȝ: hora auteȝ erat quasi sexta. Uenit autem mulier de samaria haurire aquã. Dicit ei iesuȝ: Da mihi bibere. Discipuli eni eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cuȝ sis: bibere a me poscis que sum mulier samaritana. Non eni coutuntur iudei samaritanis. Rñdit iesus ꝛ dixit ei: Si scires donũ dei: ꝛ quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitã petisses ab eo ꝛ dedisset tibi aqȝ viuaȝ. Dicit ei mulier: Dñe neqȝ in quo haurias habes: ꝛ puteus alt⁹ est: vnde ergo habes aquam viuã? Nũquid tu maior es patre nostro iacob q dedit nobis puteũ istum: ꝛ ipse ex eo bibit: ꝛ filij eius: ꝛ pecora eius? Rñdit iesus: ꝛ dixit ei: Omis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei non sitiet in eternũ: sed aq̃ quaȝ ego dabo ei: fiet in eo fons aq̃ salientis in vitam eternã. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hãc aquã vt non sitiaȝ: neqȝ veniã huc haurire. Dicit ei iesus: Uade voca viꝝ tuum ꝛ veni huc. Respondit ei mulier ꝛ dixit: Non habeo viꝝ. Dicit ei iesus: Bene dixisti qꝛ non habeo viꝝ. Quinqȝ eni habuisti viros: ꝛ nunc quem habes non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Dñe video qꝛ propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: ꝛ vos dicitis quia hierosolymis est locuȝ vbi adorare oportet. Dicit ei iesus: Mulier crede mihi quia veniet hora quando neqȝ in monte hoc neqȝ in hierosolymis adorabitis patrem: vos adoratis quod nescitis: nos adoramus qd̃ scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora ꝛ nunc est: quãdo veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu ꝛ veritate. Nam ꝛ pater tales querit: qui adorent eum. spiritus est deus: ꝛ eos qui adorant eũ in spiritu ꝛ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: scio quia messiaȝ venit qui dicitur christus. Cũ ergo

venerit ille annunciabit nobis omnia. Dicit ei iesus: Ego sum qui loquor tecum: ⁊ continuo venerunt discipuli eius ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit quid queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier ⁊ abijt in ciuitatem ⁊ dicit illis hominibus: Venite ⁊ videte hominez qui dixit mihi omnia quecunq; feci: nunquid ipse est christus. Exierunt ergo de ciuitate ⁊ veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli eius dicentes: Rabi manduca. Ille autez dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebãt ergo discipuli eius ad inuicez: Nũquid aliquis attulit ei manducare. Dicit eis iesus: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor menses sunt ⁊ messis venit. Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros ⁊ videte regiones quia albe sunt iã ad messem: ⁊ qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructuz in vitam eternam: vt ⁊ qui seminat simul gaudeat ⁊ q metit: in hoc eni est verbum verum: quia alius est q seminat ⁊ alius est qui metit: ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij autem laborauerunt: ⁊ vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimoniuz perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunq; feci. Cuz venissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eũ vt ibi maneret: ⁊ mãsit ibi duos dies: ⁊ multo plures crediderunt propter sermonem eius: ⁊ mulieri dicebant: quia iam non propter tuã loquelam credimus: ipsi enim audiuimus ⁊ scimus q: hic est vere saluator mundi. **Offerto.** Intẽde voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus quoniam orabo ad te dñe. **Secre.**

Respice domine propitius ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint ⁊ nob salutaria semper existãt. Per domi. **Cõmunio.**

Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã. **Cõpl.**

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine: ⁊ ad celestia regna pducat. Per dominum **Super populum Orõ.**

Presta q̄s ops deus: vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominũ nostrum iesum. ¶ **Sabbato Introi.**

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meuz intende voci orationis mee. **Psal.** Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui. **Oratio.**

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui se affligendo carne ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunẽt. Per dñm nostrum iesum christũ.

Lectio danielis pphe. xiij. c.

In diebus illis. Erat vir in ba

bylonia ⁊ nomen eius ioachiꝫ. Et
accepit vxorem nomine susannam
filiam helchie pulchram nimis ⁊ ti
mentem deum: parentes enim illius
cum essent iusti erudierunt filiaꝫ su
am ſm legem moysi. Erat autē ioa
chim diues valde ⁊ erat ei pomeri
um vicinum domui sue: ⁊ ad ipsuꝫ
confluebant iudei: eo ꝙ esset hono
rabilior omnium. Et cōstituti sunt
duo senes iudices in anno illo: de
quibus locutus est dominus quia
egressa est iniquitas de babylone a
senioribus iudicibus: qui videbā-
tur regere populum: Isti frequenta
bant domum ioachim ⁊ veniebāt
ad eum omnes qui habebant iudi
cia. Cum autem populus reuertis-
set per meridiem: ingrediebatur su
sanna ⁊ deambulabat in pomerio
viri sui: ⁊ videbant eam senes quo
tidie ingredientem ⁊ deambulan-
tem ⁊ exarserunt in concupiscenti-
am eiuꝫ: ⁊ euerterunt sensum suuꝫ:
⁊ declinauerunt oculos suos vt nō
viderent celuꝫ neqꝫ recordarentur
iudiciorum iustorum. Erant ergo
ambo vulnerati amore eius: nec in
dicauerunt sibi vicissim doloreꝫ su
um. Erubescebant enim indicare
sibi concupiscentiam suam volen-
tes concumbere cum ea. Et obser-
uabant quottidie sollicitius vide-
re eam. Dixitqꝫ alter ad alterum:
eamus domum: quia hora pran-
dij est. Et egressi recesserunt a se.
Cumque reuertissent venerunt in
vnum: ⁊ sciscitantes ab inuicē cau
sam confessi sunt concupiscentiam
suam. Et tunc in commune statue

runt tempus: quando eam possent
inuenire solam. Factum est autem
cum obseruarent diem aptum qñ
eam possent inuenire solam. Ingres
sa est aliquando sicut heri ⁊ nudius
tertius cum duabus solis puellis:
voluitqꝫ lauari in pomerio: estus
quippe erat. ⁊ non erat ibi qſquaꝫ
preter duos senes abscōditos: cō-
templantes eam. Dixit ergo puellis
Afferte mihi oleum ⁊ smigmata: ⁊
ostia pomerij claudite vt lauer. Et
fecerunt sicut preceperat. Clause-
runtqꝫ ostia pomerij: ⁊ egressi sunt
per posticum vt afferrent que iusse
rat. Nesciebatqꝫ senes intus esse ab
sconditos. Cum autem egresse es-
sent puelle: surrexerūt duo senes ⁊
accurrerunt ad eam: ⁊ dixerunt:
Ecce ostia pomerij clausa sunt: ⁊ ne
mo nos videt ⁊ in concupiscentia
tui sumus. Quam obrem assen-
tire nobis: ⁊ commiscere nobis-
cum. Quod si nolueris dicemus
testimonium contra te: ꝙ fuerit te
cum iuuenis ⁊ ob hanc causam e-
miseris puellas a te. Ingemuit su-
sanna ⁊ ait: Angustie sunt mihi vn
diqꝫ. Si enim hoc egero: mors mi-
hi est: si autem non egero non effu-
giam manus vestras. Sed melius
est mihi absqꝫ opere incidere in ma
nus hominum qꝫ peccare in cōspe
ctu domini: ⁊ exclamauit voce ma-
gna susanna: exclamauerunt auteꝫ
⁊ senes aduersus eā. Cucurrit vnus
ad ostia pomerij ⁊ aperuit. Cuꝫ au
tem audissent clamorem in pome-
rio famuli domus: irruerunt ꝑ po
sticum vt viderent quid nam esset.

Postquam autē senes locuti sunt: erubuerunt serui vehementer: qa nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de susanna: et facta est dies crastina. Cumqz venisset populus ad virum eius ioachim: venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannaz vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susannaz filiam belchie vxorem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus et filijs et vniuersis cognatis suis. Porro susanna erat delicata nimis: et pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur. Erat enim cooperta: vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui: et omnes qui nouerant eā. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi: posuerūt manus super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomerio soli ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitque adolescens ad eam qui erat absconditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerij videntes iniquitatez cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat: et aperto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senioribus populi et iudicibus: et condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna et dixit: Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteqz fiant: Tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. Et ecce morior cum nihil horum fecerim: que isti maliciose composuerunt aduersuz me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cumqz duceretur ad mortem: suscitauit dominus spirituz pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna et dixit. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum ait. Sic fatui filij israel non iudicantes: neqz quod verum est cognoscentes condemnastis filiam israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimoniuz locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicem procul et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum ex eis et dixit ad eū. Inueterate dierum malorum: nunc venerunt peccata tua que operabaris prius iudicans iudicia iniusta: innocentes opprimens et dimittens noxios: dicente domino: Innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eā: dic mihi sub qua arbore videris eos

colloquentes sibi? Qui ait: sub cyno. Dixit autez daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce eni angelus domini accepta sententia ab eo: scindet te mediuz. Et amoto eo iussit alium venire: et dixit ei: Semē chanaan et non iuda species decepit te: et concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timentes loquebātur vobis: sed non filia iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehēderis eos loquentes sibi. Qui ait: sub prino. Dixit autem ei daniel: Recte mentitus es et tu i caput tuuz. Manet autem angelus domini gladium habens: vt secet te medium et interficiat vos. Exclamauit itaqz omnis cetus voce magna: et benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros: conuicerat eniz eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium: feceruntqz eis sicut male egerant aduersus proximam: et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa.

Graduale. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es dñe. ℣. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Secundum Joannem. viij. capitu.

In illo tempore. Perrexit iesus in montem oliueti: et diluculo iterum venit in templuz: et omnis populus venit ad eum: et sedēs docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem deprehensaz in adulterio. Et statuerunt eam in medio: et dixerunt ei: Magister: hec mulier modo deprehēsa est in adulterio. In lege autem moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum: erexit se et dixit eis: Qui sine peccato est vestrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum inclinans se scribebat in terrā. Audientes autem hec: vnus post vnum exibant: incipientes a senioribus. Et remansit iesus soluz et mulier in medio stans. Erigens autē se iesus dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Que dixit: Nemo domine. Dixit autem ei iesus: Nec ego te condemnabo: vade et iam amplius noli peccare.

Offertorium. Gressus meos dirige domine sm eloquiuz tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia domine.

Secreta. Concede quesumus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatum: fragilitatem nostraz ab omni malo purget semper et muniat. Per dominum nostrum iesuz christum filium tuuz.

Communio. Nemo te cōdemnauit mulier: nemo domine: nec ego te condemnabo: iā amplius noli peccare.

Complēda. Quesumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur: cuius corpori communicauimus et sanguini. Per eundem dominum nostruz iesuz christuz filiū.

P Super populum. Oratio.
Retende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt ⁊ te toto corde perquirant: ⁊ que postulant consequi mereantur. Per dominum nostrũ.

¶ Dominica quarta in quadragesima. Introitus.

Etare hierusalẽ ⁊ conuentum facite omnes q diligitis eã. gaudete cũ letitia qui in tristitia fuistis vt exultetis: ⁊ satiemini ab vberibus consolationis eius. Ps. Letatus sum i his q dicta sũt mihi i domũ dñi ibim⁹.

C Oncede quesumus Oratio. omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur tue gratie consolatione respiremus. Per dominũ nostrum iesum chr̃m.

Que sola dicatur. Ad Gala.iiij.ca.

F Ratres: Scriptum est enim quoniam habraam duos filios habuit: vnum de ancilla: ⁊ vnũ de libera. Sed qui de ancilla ẜm carnem natus est. Qui autem de libera per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in seruitutem generans que est agar. Syna enim mons est in arabia: qui coniunctus est ei: que nunc est hierusalem: ⁊ seruit cum filijs suis. Illa autem que sursum est hierusalẽ libera est: que est mater nostra. Scriptũ est enĩ: Letare sterilis que non paris erũpe ⁊ clama: que non parturis: quia multi filij deserte magis q̃ eius que habet virũ. Nos aũt fratres ẜm isaac promissiõis filij sumus. Sed quõ tũc is qui ẜm carnẽ natus fuerat psequebatur eum qui ẜm spiritum: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit scriptura. Eijce ancillã ⁊ filium eius. Nõ enĩ heres erit filius ancille cũ filio libere. Itaq fratres non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate nos christus liberauit. Grad.

L Etatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in domino sicut mons syon nõ cõmouebitur in eternum: qui habitat in hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsq in seculũ. ẜm ioãnẽ.vi.ca.

I N illo tẽpore. Abijt iesus trãs mare galilee quod est tyberiadis: ⁊ sequebatur eũ multitudo magna: quia videbant signa que faciebat super his q infirmabantur. Subijt ergo iesus in montem: ⁊ ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat autẽ proximũ pascha dies festus iudeorũ. Cum subleuasset ergo oculos iesus: ⁊ vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad philippũ. Unde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat qd esset facturus. Rñdit ei philippus: Ducẽtorum denariorum panes non sufficiunt eis vt vnusquisq modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas: frater simonis petri: Est puer vnus hic qui habet quinq panes ordeaceos ⁊ duos

pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo iesus panes. Et cum gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter ⁊ ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite que superauerant fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo ⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis ⁊ duobus piscibus que super fuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat iesus signum dicebant. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. **Offerto.** Laudate dominum quia benignus est: psallite nomini eius quoniam suaue est omnia quecunq; voluit fecit i celo ⁊ in terra. **Secreta.**

Sacrificijs presentibus domine quesumus placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostre proficiant ⁊ saluti. Per dominum nostrum iesum. **Commu.** Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi: ad cõfitendũ nõi tuo domine. **Complenda.**

Da nobis quesumus misericors deus: vt sancta tua quibus incessanter explemur: synceris tractemus obsequijs: ⁊ semper fideli mente sumamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. ¶ **Feria secunda. Introitus.**

Deus ĩ nomie tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me: deus exaudi orationem meam. **Ps.** Auribus pcipe verba oris mei. **Oro.**

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolentes ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente. Per dominum nostrum iesum christuz.

Lectio libri. Regum. iij. ca. iij. lib.

In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntq; coram eo. Quaruz vna ait. Obsecro mi domine: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna ⁊ peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postq̃ʒ ego peperi: peperit ⁊ illa. Et eramuz simul: nullusq; alius in domo nobiscuz: exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens in tempeste noctis silentio: tulit filium meuz de latere meo ancille tue dormientis: ⁊ collocauit in sinu suo. Suum autez filiũ qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuẽs clara luce deprehendi non esse meum quem genueram. Responditq; altera mulier. Non est ita vt dicis: sed filius tuus mortuus est: meus autẽ viuit. E contrario illa dicebat. Mẽtiris: filius quippe meus viuit: ⁊ fi-

lius tuus mortuus est. Atqȝ in hūc
modum contendebant coram rege.
Tunc rex ait: Hec dicit: filius meus
viuit ⁊ filius tuus mortuus est: ⁊
ista respondit non: sed filius tuus
mortuus est meus autem viuit. Di-
xit ergo rex: Afferte mihi gladium.
Cūqȝ attulissent gladiuȝ corā rege:
Diuidite inqt infantē viuū in duas
partes: ⁊ date dimidiā partē vni: ⁊
dimidiā partē alteri. Dixit āt mulier
cuius filius erat viuus ad regeȝ: cō
mota sunt qppe viscera ei⁹ sup filio
suo. Obsecro domine: date illi infan
tem viuum: ⁊ nolite interficere euȝ.
Econtrario illa dicebat. Nec mihi
nec tibi sit: sed diuidatur. Respon-
dit rex ⁊ ait. Date huic infantem vi-
uuȝ: ⁊ non occidatur: hec est enim
mater eius. Audiuit itaqȝ omnis is
rael iudicium quod iudicasset rex.
Et timuerunt regeȝ videntes sapien
tiam dei esse in eo ad faciendum
iudicium. Gradua. Esto mihi i de
um protectorem ⁊ in locum refugij vt
saluum me facias. ℣. Deus in te spe-
raui domine: non confundar i eternū.
Tractus vt supra. Scdm ioanneȝ.
In illo tempore. ij. capitu.
Prope erat pascha iudeoruȝ:
⁊ ascendit iesus hierosolymam: ⁊ in
uenit in templo vendentes oues ⁊
boues ⁊ columbas: ⁊ nūmularios
sedentes. Et cuȝ fecisset quasi flagel
lum de funiculis: omnes eiecit de tē
plo. Oues quoqȝ ⁊ boues: ⁊ nūmu
lariorum effudit es: ⁊ mensas sub-
uertit. Et his qui vendebant colum
bas dixit: Afferte ista hinc: ⁊ no-
lite facere domum patris mei domū
negotiationis. Recordati sunt vero
discipuli eius quia scriptum est. Ze-
lus domus tue comedit me. Re-
sponderunt ergo iudei ⁊ dixerunt
ei: Quod signum ostendis nobis:
quia hec facis? Respondit iesus ⁊
dixit eis: Soluite templum hoc: ⁊
in tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo iudei: Quadragin
ta ⁊ sex annis edificatum est tem-
plum hoc: ⁊ tu in tribus diebus
excitabis illud? Ille autem dice-
bat de templo corporis sui. Cum
ergo resurrexisset a mortuis: recor-
dati sunt discipuli eius quia hoc
dicebat. Et crediderunt scripture
⁊ sermoni quem dixit iesus. Cum
autem esset hierosolymis in pascha
in die festo: multi crediderunt in
nomine eius: videntes eius signa
que faciebat. Ipse auteȝ iesus non
credebat semetipsum eis: eo ꝙ ip-
se nosset omnes: ⁊ quia opus non
erat vt quis testimonium perhibe-
ret de homine. Ipse enim sciebat
quid esset in homine. Offertorium.
Iubilate deo oīs terra: iubilate deo
omnis terra. seruite domino in leticia: i
trate in cōspectu eius in exultatione qȝ
dominus ipse est deus. Secre.
Oblatum tibi domine sacrifi-
cium viuificet nos semper ⁊ mu-
niat. Per dominum nostrum ie-
sum christum filium tuum. Qui
tecum viuit ⁊ regnat. Communio.
Ab occultis meis munda me domine
⁊ ab alienis parce seruo tuo. Compl.
Sumptis domine salutaribus
sacramentis: ad redemptio-
nis eterne quesumus proficiamus

augmentum. Per dominū nostrū.

D Super populum. Oratio.

Eprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi: ⁊ quibus supplicandi prestas affectū: tribue defensionis auxilium. Per dominū. ¶ Feria tertia. Introitus.

Xaudi deus orationem meam ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende i me ⁊ exaudi me. Ps. Contristatus sū in exercitatione mea: ⁊ conturbatus sū a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris. Oratio.

S Acre nobis quesumus domine obseruationis ieiunia ⁊ pie conuersationis augmentū: ⁊ tue propiciationis continuum prestent auxiliū. Per. Lcō lib. Exo. xxxij.c.

I N diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicens: Descende de monte: quia peccauit populus tuus quē eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quā ostēdisti eis. feceruntq; sibi vitulum cōflatilē: ⁊ adorauerunt atq; immolantes ei hostias ⁊ dixerunt. Isti sunt dij tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait dominus ad moysen. Cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor meus contra eos: ⁊ deleam eos. faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuū quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna ⁊ in manu robusta? Ne queso dicant egyptij: callide eduxit eos: vt interficeret in montibus: ⁊ deleret eos de terra. quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis super nequicia populi tui. Recordare habraam isaac ⁊ israel seruorū tuorū: quibus iurasti per temetipsū dicēs. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi ⁊ vniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro. Et possidebitis eā semper. Placatusq; est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo: dominus deus noster. Grad. Exurge domine fer opē nobis: ⁊ libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum: ⁊ in diebus antiquis.

I Secundū ioannem. vij. capitu.

N illo tpe. Iam die festo mediante ascendit iesus in templū ⁊ docebat: ⁊ mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit: cum nō didicerit? Respondit eis iesus ⁊ dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina eius vtrū ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriā propriā qrit. Qui autem querit gloriā eius qui misit eum: hic verax est: ⁊ iniustitia in illo non est. Nōne moyses dedit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba ⁊ dixit: De-

moniū

monium habes: quis te querit interficere? Rñdit iesus & dixit eis. Unum opus feci & oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionē: non quia ex moyse est: sed ex patribus: & in sabbato circuncidittis hominez. Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: mihi indignamini: q2 totū hominē sanū feci in sabbato. Nolite iudicare sm faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebāt ergo quidā ex hierosolymis: Nōne hic est quem iudei querunt interficere? Ecce palam loquitur: & nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerūt principes q2 hic est christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cū venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus docens in templo & dicens: Et me scitis: & vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sed est verus qui misit me: quez vos nescitis. Ego scio eū. Et si dixero quia nescio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: quia ab ipso sum: & ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illū manus: quia nōdū venerat hora eius. De turba aūt multi crediderunt in eum. Offer.

Expectans expectabo dñm & respexit me & exaudiuit deprecationem meā & imisit in os meum canticuz nouum: hymnuz deo nostro. Secreta.

Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum subditorū tibi corpora mentesq3 sanctificet. Per dñm. Cōmu. Letabimur i salutari tuo: & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Complē.

Huius nos dñe pceptio sacramēti mūdet a crimine: & ad celestia regna pducat. Per. Sup populū orō.

Miserere dñe pplo tuo: & continuis tribulationibus laborantem propitius respirare cōcede. Per. ¶ Feria.iiij. Introitus.

Dum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquaz mundam & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. Ps. Benedicam domino in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Due orationes: prima oratio sine salutatione cum genuflexione: secunda cum salutatione & sine genuflexione. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus qui & iustis premia meritorū: & peccatoribus per ieiunium veniaz prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominuz. Lectio Ezechielis pphete. xxxvi. cap.

Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meū magnū: vt sciant gentes quia ego dñs. Cum sanctificatus fuero in vobis coraz eis: tollam quippe vos de gentibus: & congregabo vos de vniuersis terris. Et adducam vos in terraz vestrā: & effundā sup vos aquā mundā. Et mundabimini ab omnibus inqnamētis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouū: & spiritū

nouū ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne ve stra: et dabo vobis cor carneū. Et spiritum meū ponam in medio ve stri: et faciam vt in preceptis meis ambuletis. Et iudicia mea custodia tis: et operemini: et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum: et ego ero vobis in deum: dicit dominus omnipotēs. Grad. Venite filij au dite me: timorem dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et fa cies vestre non confundentur. Nō di citur. Flectamus genua. sed Dominus vobiscum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoqꝫ deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamꝰ. Per dominum nostrum iesum.

Lectio Esaie prophete. j. ca.

Hec dicit dominus deus: Lauamini: mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite bene facere. Querite iudiciū: subuenite oppresso iudicate pupillo. Defendite viduā: et venite et arguite me: dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis: dicit dominus omnipotēs. Grad. Beata gens cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorū. Scd̄m ioannē. ix. c.

In illo tempore: Preteriēs iesus vidit hominem cecū a natiuitate: et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi: quis peccauit: hic aut parentes eius vt cecus nasceretur? Respondit iesus: Neqꝫ hic peccauit: neqꝫ parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui me misit donec dies est. Venit autem nox quando nemo potest operari. Quandiu in hoc mundo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset expuit in terram: et fecit lutū ex sputo: et liniuit super oculos eius et dixit ei: Vade et laua in natatorio syloe: quod interpretatur missus. Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaqꝫ vicini et qui viderant eum prius: quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alij dicebant quia hic est. Alij autem: nequaqꝫ: sed similis eius est. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tibi. Respōdit: ille homo qui dicitur iesus: lutum fecit et vnxit oculos meos et dixit mihi: vade ad natatorium siloe et laua: et abij et laui et video. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatū quando lutum fecit iesus: et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo vidisset. Ille aūt dixit eis: lutum posuit mihi super oculos: et laui et

video. Dicebant ergo ex pharisei quidam: nō est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Alij autē dicebāt: Quomodo potest homo peccator hec signa facere. Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum: Tu quid dicis de illo: qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderūt ergo iudei de illo q̄ cecus fuisset: et vidisset donec vocauerūt parētes eius qui viderat: et interrogauerūt eos dicentes: Hic est filius vester: quem vos dicitis q̄ cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderūt ergo parentes eius: et dixerūt. Scimus quia hic filius est noster: et quia cecus natus est: quomodo autē videat: nescimus: aut quis eius aperuit oculos: nos nescimus. Ipsum interrogate: etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebāt iudeos. Iam enim cōspirauerāt iudei: vt si quis eū cōfiteretur esse christum extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt q̄ etatē habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hoīem qui fuerat cecus et dixerunt ei: Da gloriam deo: nos scimus quia hic homo peccator est. Dicit ergo ille: Si peccator est nescio: vnū scio: quia cum cecus essem modo video. Dixerunt ergo illi: quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Rn̄dit eis: Dixi vobis iam et audistis: quid iterum vultis audire? Nūquid et vos vultis discipuli eius fieri. Maledixerunt ergo ei et dixerunt. Tu discipulus eius sis: nos autem discipuli moysi sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autē nescimus vnde sit. Rn̄dit ille homo et dixit eis: in hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit. Et aperuit oculos meos: scimus aūt: q̄ peccatores deus non audit: sed siquis cultor dei est: et voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditum quia aperuit quis oculos ceci nati: nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Rn̄derunt et dixerunt ei: In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem iesus quia eiecerunt eum foras. Et cum inuenisset eum dixit ei: Tu credis in filium dei. Respondit ille et dixit: Quis est dn̄e: vt credam in eū. Et dixit ei iesus: Et vidisti eum Et q loquitur tecū ipse est. At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eum. Offerto. Benedicite gētes domino deo nostro et obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam et non dedit cōmoueri pedes meos. Bn̄dictus dn̄s qui nō amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me. Secreta. Supplices te rogamus om̄ps deus vt his sacrificijs peccata nostra mūdentur: q̄ tunc tribuis nobis verā et mentis et corporis sanitatem. Per. Commu. Lutum fecit ex sputo dominus: et liniuit oculos meos et abij et laui et vidi et credidi deo. Sacramēta q̄ sumpsimus dn̄e deus noster: et spiritualibus nos repleant alimen Cōplēda.

tis ⁊ corporalibus tueantur au- xilijs. Per. Super populum oro.

P Ateant aures misericordie tue dn̄e precibus supplicātiū ⁊ vt petētibus desiderata cōcedas: fac nos que tibi sunt placita postu lare. Per. ¶ Feria.v. Introitus.

L Etetur cor querentium dominū querite dominum ⁊ confirmami ni: querite faciē eius semper. ps. Cō fitemini domino ⁊ inuocate nomē eius annunciate inter gentes opera eius. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

P Resta q̄s omnipotēs deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sanctificet: vt terrenis affectibus mitigatis facili us celestia capiamus. Per dn̄m.

Lectio libri regum. iiij. ca.iiij.

I N diebus illis. Uenit mulier sunamitis ad heliseū in montē car meli. Cūq; vidisset eā vir dei: de cō tra ait ad giezi puerū suū. Ecce su- namitis illa: vade ergo in occursū eius: ⁊ dic ei: Recte ne agit̄ circa te ⁊ circa virū tuum ⁊ circa filiū tuū? Que respondit: Recte. Cumq; ve- nisset ad virū dei in montē: apprehē dit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eā. Et ait hō dei. Dimit- te illā: anima enim eius in amaritu dine est: ⁊ dn̄s celauit a me: ⁊ nō in dicauit mihi. Que dixit illi: Nun- quid petiui filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi: ne illu- das me? ⁊ ille ait ad giezi: Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum me ū in manu tua ⁊ vade. Si occurre rit tibi hō nō salutes eū. Et si saluta uerit te quispiā: non respondeas il- li: ⁊ pones baculū meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait vi- uit dominus. ⁊ viuit anima tua nō dimittā te. Surrexit ergo ⁊ secutus est eā. Giezi autem precesserat an- te eos: ⁊ posuerat baculū sup faciē pueri: ⁊ nō erat ei vox neq; sensus. Reuersusq; est in occursum eius ⁊ nunciauit ei dicens: Non surre- xit puer. Ingressus est ergo heliseus domū. Et ecce mortuus puer iace- bat in lectulo eius. Ingressusq; clau sit ostiū sup se ⁊ super puerū: ⁊ ora- uit ad dominū. Et ascēdit ⁊ incubu it sup puerū posuitq; os suū sup os eius: ⁊ oculos suos super oculos eius: ⁊ manus suas super manus eius: ⁊ icuruauit se super eū: ⁊ cale- facta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit i domo semel huc at q; illuc: ⁊ ascēdit ⁊ incubuit super puerum ⁊ oscitauit puer septies: aperuitq; oculos suos. At ille vo- cauit giezi: ⁊ dixit ei. Uoca sunami tem hanc. Que vocata ingressa est ad eū. Qui ait: Tolle filium tuum. Uenit autē illa: ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit super terrā. Tulit- q; filiū suum ⁊ egressa est. Heliseus vero reuersus est in galgala. Gra- dua. R espice domine in testamētū tuum ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dn̄e ⁊ iudica causam tuam: memor esto ob probrij suorum tuorum. Scd̄m lucā. vij. c.

I N illo tēpore. Ibat iesus in ci- uitatem que vocatur naym: ⁊ ibant cum illo discipuli eius: ⁊ tur- ba copiosa. Cū autē appropinqua ret porte ciuitatis. Ecce defunctus

efferebatur filius vnic⁹ matris sue: ⁊ hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset iesus misericordia motus super eam: dixit illi: Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescens: tibi dico surge: ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor ⁊ magnificabant deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suam. Offertori.

Domine ad adiuuandū me festina: confundantur omnes aduersum me q cogitant seruis tuis mala. Secreta.

Vrifica nos misericors deus: vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum nostrum. Cōmunio. Domine memorabor iustitie tue solius de⁹ docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq₃ in senectam ⁊ senium deus ne derelinquas me. Complēda.

Elestia dona capientibus: q̄sumus domine non ad iudicium p uenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dominū. Super populum oratio.

Populi tui deus institutor ⁊ rector: peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus: ⁊ tuo munimīe sit secur⁹. Per dominū nostrum. ¶ Feria sexta.

Meditatio cordis Introitus. mei in cōspectu tuo semper: domine adiutor meus ⁊ redemptor me⁹. Ps. Celi enarrant gloriam dei ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū.

Deus qui ineffabilibus mundū renouas sacramētis presta q̄s: vt ecclesia tua eternis proficiat institutis: ⁊ temporalibus non destituat auxilijs: Per dominum nostrum iesum. Oratio. Lectio libri regum tertij. capitu. xvij.

In diebus illis: Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: ⁊ erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliam: Quid mihi ⁊ tibi est vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates mee ⁊ interficeres filium meum? Et ait ad eam helias: Da mihi filiū tuū. Tulitq₃ eum de sinu illius. Et portauit eum in cenaculum vbi ipse manebat. Et posuit eū super lectulū suū: ⁊ clamauit ad dn̄m ⁊ ait. Domine deus meus ēt ne viduā apud quā ego vtcūq₃ sustētor afflixisti: vt interficeres filium eius? Et expandit se: atq₃ mensus est super puer tribus vicibus: clamauitq₃ ad dn̄m ⁊ ait. Dn̄e deus meus reuertat obsecro aīa pueri huius in viscera eius. Et audiuit aūt dn̄s vocē helye. Et reuersa est aīa pueri itra eū ⁊ reuixit. Tulitq₃ helyas puerū ⁊ deposuit eū de cenaculo in inferiorē domū ⁊ tradidit matri sue: ⁊ ait illi: en viuit filius tuus. Dixitq₃ mulier ad helyā: Nunc in isto cognoui quoniam vir dei tu es: ⁊ verbum dn̄i in ore tuo verū est. Grad. Bonū est confidere in domino q̄₃ confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino q̄₃ spare in principibus. Tra

ctus vt supra.xliij. Scdm ioannez
In illo tempore. xj.capitulo.
Erat quidam languens Laza
rus a bethania de castello marie ꝛ
marthe sororum eius. Maria au-
tem erat que vnxit dominum vn-
gento: ꝛ extersit pedes eius capillis
suis. cuius frater Lazarus infirma
batur. Miserunt ergo sorores eius
ad eum dicentes: Domine ecce quē
amas infirmatur. Audiens au-
tem iesus dixit eis: Infirmitas hec
non est ad mortem: sed pro gloria
dei: vt glorificetur filius dei per eū.
Diligebat autem iesus martham ꝛ
sororem eius mariam ꝛ lazarum.
Ut ergo audiuit quia infirmabat:
tunc quidē mānsit in eodē loco duo
bus diebus: deinde post hec dicit di
scipulis suis: Eamus in iudeam ite-
rum. Dicunt ei discipuli: Rabbi.
Nunc querebant te iudei lapidare:
ꝛ iterum vadis illuc. Respondit ie
sus: Nonne duodecī hore sunt di-
ei. Siquis ambulauerit in die non
offendit: quia lucē huius mūdi vi-
det. Si autem ambulauerit in no-
cte: offendit: quia lux non est in eo:
hec ait: ꝛ post hec dicit dominus: la
zarus amicus noster dormit: sed va
do vt a somno excitē eum. Dixerūt
ergo discipuli eius: Domine si dor
mit: saluus erit. Dixerat autem iesus
de morte eius: illi autem putauerūt
quia de dormitione somni diceret.
Tunc ergo dixit eis iesus manife-
ste: Lazarus mortuus est: ꝛ gau-
deo propter vos vt credatis quo-
niam non eram ibi. Sed eamus ad
eum. Dixit ergo thomas qui dici-
tur dydimus ad cōdiscipulos. Ea
mus ꝛ nos ꝛ moriamur cū eo. Ue
nit itaque iesus ꝛ inuenit eum quat-
tuor dies habentem iam in monu
mento. Erat autem bethania iuxta
hierosolymam quasi stadijs quin-
decim. Multi autem ex iudeis ve-
nerant ad mariam ꝛ martham vt
cōsolarentur eas de fratre suo. Mar
tha ergo vt audiuit quia iesus ve-
nit occurrit illi: maria autem sede-
bat domi. Dixit ergo martha ad ie
sum. Domine si fuisses hic frater me
us non fuisset mortuus. Sed ꝛ nūc
scio quia quecunque poposceris a
deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus:
Resurget frater tuus. Dicit ei mar
tha: Scio quia resurget in resurre-
ctione in nouissimo die. Dicit ei ie-
sus. Ego sum resurrectio ꝛ vita. Qui
credit in me etiam si mortuus fue-
rit viuet. Et omnis qui viuit ꝛ cre-
dit in me: non morietur ineternum.
Credis hoc? Ait illi: vtique domine.
Ego credidi quia tu es christus fi
lius dei viui qui in hunc mundum
venisti. Et cum hec dixisset abijt et
vocauit mariam sororem suam si-
lentio dicens: Magister adest ꝛ vo
cat te. Illa autem vt audiuit surre-
xit cito ꝛ venit ad eum nondum enī
venerat iesus in castellum: sed erat
adhuc in illo loco vbi occurrerat
ei Martha. Iudei ergo qui erant
cum ea in domo: ꝛ consolabantur
eam. Cum vidissent mariam quia
cito surrexit ꝛ exijt: secuti sunt eam
dicentes: Quia vadit ad monumē
tum: vt ploret ibi. Maria ergo cum
venisset vbi erat iesus videns eum

cecidit ad pedes eius et dixit ei: Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Jesus ergo vt vidit eam plorantem et iudeos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu: et turbauit seipsum et dixit: vbi posuistis eum. Dicunt ei. Domine veni et vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex eis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt et hic non moreretur. Jesus ergo rursus fremens in semetipso: venit ad monumentum. Erat autem spelunca et lapis super positus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus est enim. Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi: quoniam si credideris videbis gloriã dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam exaudisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis. Sed propter populum qui circunstat dixi: vt credant quia tu me misisti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus: Soluite eum et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et martham: et viderant que fecerat iesus: crediderunt in eum. Offerto. Populum humilem saluum facies domine: et oculos superborũ humiliabis: quoniam quis deus preter te domine.

Secreta. Munera nos domine quesumus oblata purificent: et te nobis iugiter faciãt esse placatum. Per dominum nostrũ.

Cõmunio. Videns dominus flẽtes sorores lazari ad monumentum lachrymatus est coram iudeis: et clamabat: lazare veni foras: et prodijt ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus.

Complenda. Hec nos domine q̃sumus participatio sacramenti: et a proprijs reatibus indesinenter expediat: et ab oĩbus tueatur aduersis. Per dominũ nostrũ.

Super populum Oratio. Da nobis quesumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus: semper sub tua pietate gaudeamus. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ In die sabbato. Introitus. Sitientes venite ad aquas dicit dominus: et qui non habetis p̃cium venite et bibite cum leticia. Ps. Attẽdite popule me᷒ legẽ meã: iclinate aurẽ vestrã in ṽba oris mei. ℣. Gloria.

Oratio. Fiat domine quesumus per gratiam tuam fructuosus nostre deuotiõis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiũia: si tue sint placita pietati. Per dominum nostrũ iesum christum filium. Lectio Esaie prophete. xlix. capitu. Hec dicit dominus deus: in tempore placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te et dedi te in fedus populi mei: vt susci-

tares terram ⁊ possideres heredita tes dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt exite: ⁊ his qui in tenebris sunt reuelamini: super vias pascentur: ⁊ in omnibus planis pascue eorum. Nõ esurient neq3 sitient: ⁊ non percutiet eos estus ⁊ sol: quia miserator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquaꝝ potabit eos: ⁊ ponam omnes montes meos in viã: ⁊ semite mee exaltabũtur. Ecce isti de longe venient. Et ecce illi ab aquilone ⁊ mari ⁊ isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exultet terra. Jubilate mõtes laudem: quia consolatus est dñs populũ suũ ⁊ pauperꝝ suorum miserebitur. Et dixit sion: dereliquit me dominus: ⁊ dominus: oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum: vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui: dicit dominus omnipotens. Graduale. Tibi dñe derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine recessisti longe: despicis i opportunitatibus in tribulatione: dum superbit impius incenditur pauper. Scdm ioannẽ. viij. c.

In illo tpe: Dicebat iesus turbis iudeoꝝ. Ego sũ lux mundi: q seqͥ me nõ ãbulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Dixerunt ergo ei pharisei: tu de teipso testimoniũ phibes testimõiũ tuũ nõ ẽ veꝝ. Rñdit iesus ⁊ dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimoniũ meũ: quia scio vnde veni ⁊ quo vado. Uos autẽ nescitis vnde venio aut quo vado: vos sm carnẽ iudicatis ego nõ iudico quẽquam: ⁊ si ego iudico: iudicium meum veꝝ est: q2 solus nõ sum: sed ego ⁊ q misit me pater: ⁊ in lege vestra scriptũ est: q2 duorum hominũ testimoniũ verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: ⁊ testimonium perhibet de me: qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus. Respõdit iesus. Neq3 me scitis neq3 patrem meum. Si me sciretis forsitan ⁊ patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Offertorium. Factus est dominus firmamẽtum meum ⁊ refugium meum ⁊ liberator meus sperabo in eum. Secreta.

Oblationibus nostris quesumus dñe placare susceptis ⁊ ad te etiã nostras rebelles ꝓpitius compelle voluntates. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuũ. Qui tecum. Cõmunio. Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me. Complenda.

Tua nos quesumus domine sancta purificent ⁊ operationis sue remedio tibi faciãt esse placatos. Per dominum nostrum iesum christum. Super populum. Oro.

Deus qui sperãtibus in te misereri potius eligis q̃3 irasci: da nobis digne flere mala que fecimus vt tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tu

um: Qui tecum viuit. ¶ Dominica de passione domini. Introitus.

Iudica me deus ⁊ discerne causã meam: de gente non sancta ab homie iniquo ⁊ doloso eripe me: qa tu es deus meus ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam ⁊ veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuum ⁊ in tabernacula tua. ℣. Gloria patri. nõ dicitur. vsq; ad pascha: exceptis festis sanctorum: sed introitus resumatur.

Oratio. Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore ⁊ te seruante custodiatur in mente. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum amen.

Ab hac die vsq; ad feriam quintã in cena domini feriatis diebus dicitur post orationem diei Oratio. Ecclesie tue quesumus. vel. Deus omnium. tertia ad beneplacitum.

Ad hebreos. viij. capitulo.

Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius ⁊ perfectius tabernaculũ non manufactum: idest non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum. Sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta: eterna redẽptione inuenta. Si enim sanguis hircorum ⁊ thaurorum: ⁊ cinis vitule aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis. Quãto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendũ deo viuenti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte intercedente: in redẽptionem earum preuaricationũ: que erant sub priori testamẽto: repromissionẽ accipiant. Qui vocati sunt eterne hereditatis in christo iesu domino nostro.

Graduale. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere volũtatẽ tuã. ℣. Liberator meus dñe de gentibus iracũdis: ab insurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Tractus. Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenĩ non potuerunt mihi: super dorsũ meũ fabricauerũt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Scdm ioannem. viij. capitu.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum ⁊ principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt igitur iudei. Et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: ⁊ demonium habes? Respondit iesus. Ego demonium

non habeo: sed honorifico patrē meū ⁊ vos inhonorastis me. Ego autē non quero gloriam meā: est q querat ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis: siquis sermonem meū seruauerit mortē non videbit in eternum: Dixerunt ergo iudei: Nunc cognouimus: q: demoniū habes. Abraam mortuus est ⁊ prophete: ⁊ tu dicis: si quis sermonē meū seruauerit: mortem nō gustabit in eternū. Nunquid tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est: ⁊ prophete mortui sunt? Quem teipsum facis. Respondit iesus: Si ego glorifico meipsū: gl'ia mea nihil est. Est pater meus q glorificat me quem vos dicitis: quia deus noster est: ⁊ non cognouistis eum: ego autē noui eū: ⁊ si dixero quia nō scio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū ⁊ sermonem eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diē meū ⁊ vidit ⁊ gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eū: Quinquaginta annos nōdum habes ⁊ abraam vidisti? Dixit eis iesus: Amen amē dico vobis: Antequā abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerēt in eū. Jesus autem abscondit se ⁊ exiuit de templo. Offertoriū. Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue seruo tuo ⁊ viuam ⁊ custodiam sermones tuos: viuifica me sm verbum tuum domine. Secreta. Hec munera quesumus domine ⁊ vincula nostre prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis misericordie dona concilient. Per dominum.

Cōmunio. Hoc corpus quod ꝓ vobis tradetur hic calix noui testamēti est in meo sanguine dicit dominus: hoc facite quotiēscunq; sumptis in meam cōmemorationem. Complenda. Adesto nobis dñe deus noster: ⁊ quos tuis mysterijs recreasti: ꝑpetuis defende presidijs. Per dominū. Feria secūda. Introitus. Miserere mihi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. ℣. Gloria patri ⁊ filio. nō dicitur. Oro. Sanctifica quesumus dñe nostra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culpaꝝ. Per dominum nostrū. Lectio Jone prophete. iij. capitu. In diebus illis. Factū est verbum dñi ad ionam prophetā secūdo dicēs: Surge ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā ⁊ ꝑdica in ea ꝑdicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: ⁊ abijt in niniuē iuxta verbū dñi: ⁊ niniue erat ciuitas magna itinere triū dierū: ⁊ cepit ionas introire in ciuitatē itinere diei vnius. Et clamauit ⁊ dixit: Adhuc quadragita dies: ⁊ niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite i domino. Et predicauerūt ieiunium ⁊ vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorē. Et puenit verbū ad regem niniue: ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit vestimētū suū a se: ⁊ indutus ē sacco: ⁊ sedit i cinere ⁊ clamauit ⁊ dixit: In niniue ex ore regis ⁊ principum eius dicens: hoies

⁊ iumēta ⁊ boues ⁊ pecora nō gustent quicq̄ꝫ nec pascant̄: ⁊ aquam nō bibant: ⁊ operiant̄ saccis hoīes: ⁊ iumēta clamēt ad dominū in fortitudine: ⁊ cōuertatur vir a via sua mala: ⁊ ab iniquitate que est in ma nibus eoꝝ. Quis scit si conuertat̄ ⁊ ignoscat deus: ⁊ reuertatur a furo re ire sue ⁊ nō pibimus. Et vidit de us opa eorum: q2 conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus ē populo suo dominus deus noster. Grad. Deus exaudi orationē meā: aurib' p cipe verba oris mei. ℣. Deus in noīe tuo saluū me fac ⁊ i v̄tute tua iudica me Tract' vt supra. xiiij. Sꝫ ioānē. vij. c. In illo tpe: Miserūt principes ⁊ pharisei ministros vt appre henderent iesum. Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicū tempus vobi scum sum: ⁊ vado ad eū qui misit me. Queritis me ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi sum ego vos nō potestis ve nire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentiuꝫ iturus est ⁊ docturus gētes? Quis est hic sermo quem dixit. Queritis me ⁊ nō inuenietis ⁊ vbi sum ego: vos nō potestis venire. In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens: Si quis sitit ve niat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum Offerto. Domine conuertere ⁊ eripe animam meaꝫ saluū me fac propter misericordiam tuam. Secre. Concede domīe deus noster: vt hec hostia salutaris: ⁊ nostrorū fiat purgatio delictorum: ⁊ tue pro pitiatio maiestatis. Per dominuꝫ nostrū. Coīn. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Complēda. Sacramenti tui quesumus do mine participatio salutaris ⁊ puri ficationē nobis tribuat ⁊ medelaꝫ. Per dn̄m. Super populum orō. Da quesumus domine popu lo tuo salutem mentis ⁊ cor poris: vt bonis operibus inheren do: tua semper mereatur protectio ne defendi. Per dominum nostrū iesum.

¶ Feria tertia. Introitus.

Expecta dominuꝫ ⁊ viriliter age ⁊ confortetur cor tuum ⁊ sustie dominum. Ps. Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea quem timebo. Orō. Nostra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia: que nos ⁊ expiando gratia tua dignos efficiant ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum. Lectio danielis pphete. xiiij. cap. In diebus illis: Congregati sunt babylonii ad regem ⁊ di xerunt ei: Trade nobis danielem qui bel destruxit: ⁊ draconem interfecit: alioquin interficiemus te ⁊ domum tuam. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eum vehementer: ⁊ ne cessitate compulsus: tradidit eis da nielem. Qui miserunt eū in lacum leonuꝫ: ⁊ erat ibi sex diebus. Por ro in lacu erant leones septē: ⁊ dabantur eis quotidie duo corpora ⁊ due oues: ⁊ tunc non data sunt

eis: vt deuorarent danielem. Erat
autez abbacuc ꝓpheta in iudea: ⁊
ipse coxerat pulmentum ⁊ intriue-
rat panes in alueolo: ⁊ ibat in cam
pum vt ferret messoribus. Dixitqꝫ
angelus domini ad abbacuc. Fer
prandium quod habes danieli in
babylonem: qui est in lacu leonum
⁊ dixit abbacuc. Domine babylo-
nez non vidi: ⁊ lacuz nescio. Et ap-
prehendit eũ angelus domini in ver
tice eius: ⁊ portauit eum capillo ca
pitis sui: posuitqꝫ euz in babyloné
super lacuz in ipetu spiritus sui. Et
clamauit abbacuc dicens: Daniel
serue dei. Tolle prandiũ quod mi-
sit tibi deus. Et ait daniel: Recor-
datus es eniz mei domine deus me
us: ⁊ non dereliquisti diligentes te:
surgensqꝫ daniel comedit. Porro
angelus domini restituit abbacuc
confestim in locum suum. Uenit er
go rex die septimo vt lugeret danie
lem. Et venit ad lacum ⁊ introspe-
xit. Et ecce daniel sedens in medio
leonum: ⁊ exclamauit voce magna
rex dicens: Magnus es domine de
us danielis: ⁊ extraxit eum de lacu
leonum. Illos autem qui perditio-
nis eius causa fuerant intromisit in
lacum: ⁊ deuorati sunt in momen-
to coram eo. Tunc rex ait: Paue-
ant omnes in vniuersa terra habi-
tantes deum danielis: quia ipse est
liberator ⁊ saluator: faciens signa i
celo ⁊ in terra: qui liberauit danie-
lem de lacu leonum. Graduale.
Discerne causam meam domine: ab
homine iniquo ⁊ doloso eripe me. ℣.
Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuaz
ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in
montem sanctum tuum. Scdm io-
annez. vij. ca.
In illo tpe: Am-
bulabat iesus in galileaz: non
enim volebat in iudeã ambulare:
quia querebant euz iudei interfice
re. Erat eniz in proximo diez festus
iudeoꝝ scenophegia: dixerũt ergo
ad euz fratres eius. Transi hinc: ⁊
vade in iudeam: vt ⁊ discipuli tui
videant opera tua: que facis. Ne-
mo quippe in occulto aliqd facit: ⁊
querit ipse in palam esse. Si hec fa-
cis manifesta te ipsum mundo: ne-
qꝫ enim fratres eius credebãt in eũ.
Dixit ergo eis iesus. Tempus meũ
nondum aduenit: tempus auté ve
strum semper est paratum. Nõ po
test mũdus odisse vos: me aũt odit:
quia ego testimoniuz perhibeo de
illo: qꝛ opera eius mala sunt. Uos
ascẽdite ad diez festũ hunc: ego au
tem non ascendam ad diem festuz
istum: quia tempus meum nõdum
impletuz est. Hec cũ dixisset ipe mã
sit in galilea. Ut autez ascenderunt
fratres eius: tunc ⁊ ipse ascendit ad
diem festuz non manifeste sed qua
si in occulto. Iudei ergo querebãt
eum in die festo ⁊ dicebant: Ubi é
ille: ⁊ murmur multus erat de eo in
turba. Quidam enim dicebant: qꝛ
bonus est. Alij auté dicebant: non:
sed seducit turbas. Nemo tamé pa
lam loquebatur de illo propter me
tum iudeoꝝ. Offerto. Sperent
in te omnes qui nouerũt nomen tuum
dñe: quoniaz non derelinquis queren-
tes te: psallite dño qui habitat in sion:
quoniã nõ est oblit⁹ orationé paupeꝝ.

Hostias tibi domi- Secreta. ne deferimus immolandas: que temporali consolatiōe:ita nos letificent vt promissa certius spere mus eterna. Per dominū. Communio. Redime me de⁹ israel ex om nibus angustijs meis. Complenda.

Da nobis quesumus omni- potens deus: vt que diuina sunt iugiter exequentes donis me- reamur celestibus propinquare. P dnm. Sup populuꝫ oratio.

Da nobis q̄sumus dn̄e perse uerantēꝫ in tua voluntate famula- tū: vt in diebus nostris ⁊ merito ⁊ numero populus tibi seruiens au- geatur. Per dnm. ¶ Feria quar- ta Introitus.

Liberator meus de gentibus iracundis ab insur- gentibus in me exaltabis me a viro ini quo eripies me domine. Ps. Diligam te domine virtus mea: dominus firma mentum meum et refugium meuꝫ. V. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto.

Sancti- non dicitur Oratio. ficato hoc ieiunio deus tuo- rum corda fidelium miserator illu stra: ⁊ quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pi- um benignus auditum. Per domi num nostrum. Lectio libri Leuiti ci.xviiij.capitu.

In diebus il- lis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus de- us vester. Non facietis furtum: nō mentiemini: nec decipiat vnusquis- que proximum suum: non periura bis in nomine meo: nec pollues no men dei tui: ego dominus: non faci es calūniaꝫ proximo tuo: nec vi op primes eū: non morabitur opus mercennarij tui apud te vsq; mane nō maledices surdo: nec corā ceco pones offendiculum: sed timebis dn̄m deum tuū: quia ego sum dn̄s. Non facies qđ iniquū est: nec iniu ste iudicabis: nō consideres perso- nam pauperis: nec honores vultū potētis. Juste iudica proximo tuo: nō eris criminator: nec susurro in populis: nō stabis contra sangui- nē proximi tui. Ego dominus: non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas su per illo peccatū: non queras vltio- nem: nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Diliges amicum tuū sicut te ipsum. Ego dn̄s. Leges meas cu- stodite. Ego enim dn̄s deuꝫ vester. Grad. Exultabo te dn̄e quoniaꝫ su- scepisti me nec delectasti inimicos me- os super me. V. Dn̄e deus meus cla- maui ad te ⁊ sanasti me: dn̄e abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Tractus. Domine non secūdū peccata nostra fa cias nobis: neqꝫ scdm. vt supra.

Sc̄dm ioannem.x. capi. xliiij. In illo tpe: Facta sunt encenia in hierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat iesus in tēplo in porti- cu salomonis. Circundederunt er- go eum iudei: ⁊ dicebant ei. Quo usqꝫ animaꝫ nostram tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Rn̄- dit eis iesus. Loquor vobis ⁊ nō creditis. Opera q̄ ego facio in noīe patris mei hec testimoniū perhibēt de me. Sꝫ vos nō creditis: quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee

vocem meã audiunt:⁊ ego cognosco eas:⁊ sequũtur me. Et ego vitã eternam do eis: ⁊ non peribunt in eternum:⁊ non rapiet eas quisqꝫ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius est omnibus:⁊ nemo põt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent eũ. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo:propter quod eorũ opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te:sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis:facis teipsum deũ. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est:⁊ nõ potest solui scriptura:quem pater sanctificauit ⁊ misit in mundum:vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei:nolite credere mihi. Si autẽ facio:⁊ si mihi nõ vultis credere:operibus credite:vt cognoscatis ⁊ credatis quia pater in me est:⁊ ego in patre. Offertorium. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me dñe. Secre.

Annue nobis misericors deus:vt hostias placationis ⁊ laudis syncero tibi offeramus obsequio. p. Cõmu. Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuũ dñe:vt audiã vocẽ laudis tue ⁊ enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Cõplẽ.

Celestis doni benedictione pcepta:supplices te deus oipotens dep̃camur:vt hoc idem nobis ⁊ sacramenti causa sit ⁊ salutis. Per. d. Super populũ Oratio.

Adesto supplicationibus nostris oipotens deus:⁊ quib⁹ fiduciã sperãde pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per. d. ❡ Feria.v. Introitus.

Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti:qꝛ peccauimus tibi: ⁊ mandatis tuis non obediuimus:sed da gloriam nomini tuo: ⁊ fac nobiscum ſm multitudinem misericordie tue. Ps. Beati immaculati in via:q ambulãt in lege dñi. Oratio.

Presta q̃sumus omnipotẽs deus vt dignitas cõditionis humane per imoderantiam sauciata:medicinalis psimonie studio reformetur. Per. Lcõ danielis prophete.iij.c.

In dieb⁹ illis:Orauit daniel ad dominũ dicẽs:Domine deus noster:ne despicias populum tuũ propter nomen tuum. Et ne dissipes testamentum tuũ:neqꝫ auferas misericordiam tuam a nobis:propter habraam dilectum tuum ⁊ isaac seruum tuum:⁊ israel sanctum tuum:quibus locutus es pollicens qꝫ multiplicares semen eorũ sicut stellas celi:⁊ sicut arenam que in littore maris est:quia domine iminuti sumus plus q̃ꝫ omnes gentes. Sumusqꝫ humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tẽpore hoc princeps ⁊ dux ⁊ propheta:neqꝫ holocaustum:neqꝫ sacrificium:neqꝫ oblatio:neque incensum: neqꝫ locus primitiarum coram te:

vt possimus inuenire misericordiam. Sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur: sicut in holocausto arietum et thaurorum. Et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde et timemus te: et querimus faciem tuam: ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam: et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omni potentia: et robur eorum conteratur. Et sciant quia tu es dominus deus solus: et gloriosus super orbem terrarum: domine deus noster. Graduale. Tollite hostias: et introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dominus condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam. Secundum lucam. xx. ca.

In illo tempore. Factum est in vna dierum: docente iesu populum in templo et euangelizante: conuenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus: et aiunt dicentes ad illum: Dic nobis in qua potestate hec facis: aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem iesus dixit ad illos: Interrogabo vos et ego vnum verbum. Respondete mihi: baptismus ioannis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Offertorium. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui sion.

Suscipe quesumus Secreta. domine hostiam redemptionis humane: et salutem mentis et corporis operare placatus. Per dominum. Communio. Memento verbi tui seruo tuo domine: in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea.

Quod ore sumpsi- Complenda. mus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per dominum. Super populum. Oratio.

Esto quesumus domine propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuentes: tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per. ¶ Feria. vi. Introitus.

Miserere mihi domine quoniam tribulor: libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum: et a persequentibus me domine non confundar: quoniam inuocaui te. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.

Cordibus nostris Oratio. quesumus domine gratiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur: quam suppliciis deputemur eternis. Per dominum nostrum. Lectio hieremie prophete. xvii. capi.

In diebus illis: dixit hieremi/as. Domine omnes qui te de/relinquunt ꝯfundent̃. Recedẽtes a te in terra scribentur: quoniã dere/liquerunt venam aquaꝝ viuentiũ dominũ. Sana me domine ⁊ sana/bor: saluũ me fac ⁊ saluus ero: quo niã laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt ad me. Ubi est verbũ domini? veni at. Et ego nõ suʒ turbatus: te pasto reʒ sequens: ⁊ diẽ hominis nõ desi deraui. Tu scis quod egressum est de labijs meis: rectuʒ in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidi/ni. Spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequun tur: ⁊ non cõfundar ego. Paueãt illi: ⁊ non paueaʒ ego. Induc super eos diẽ afflictionis. Et duplici cõ/tritione contere eos: dñe deus nr̃. Grad. Pacifice loquebãtur mihi ini mici mei: ⁊ in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti domine deus meus ne sile/as ne discedas a me. Tract⁹ vt supra.

Lxliij. Scd̃m Joannem. xj. cap. In illo tp̃e. Collegerunt ponti/fices ⁊ pharisei conciliũ ⁊ dicebãt. Quid facimus: quia hic hõ multa signa facit? Si dimittimus euʒ sic: oẽs credent in euʒ: ⁊ venient roma/ni: ⁊ tollẽt nostrũ locum ⁊ gentem. Unus aũt ex ipsis cayphas nomi/ne cuʒ esset pontifex anni illius di/xit eis: Uos nescitis quicq̃ȝ: nec co gitaƚ. Quia expedit vobis vt vnus moriat̃ homo pro populo: ⁊ nõ to ta gens pereat. Hoc autẽ a semetip so non dixit. Sed cuʒ esset pontifex anni illius: ꝓphetauit q: iesus mo riturus erat pro gente. Et non tm̃ pro gente sed vt filios dei qui erãt dispersi: congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerũt: vt interfi cerent eum. Jesus aũt iaʒ non in pa lam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertuʒ: in ciuitatẽ que dicit̃ ephreʒ: ⁊ ibi mo rabatur cuʒ discipulis suis. Offer to. Benedictus es dñe doce me iusti/ficationes tuas: ⁊ non tradas calũnian tibus me superbis: ⁊ respõdebo expro brantibus mihi verbum. Secreta.

Presta nobis misericors de⁹: vt digne tuis seruire semp al taribus mereamur: ⁊ eoꝝ ppetua pti cipatione saluari. Per do. Cõm. Ne tradideris me dñe i aías psequẽ tiũ me: quia insurrexerũt i me testes ini qui: ⁊ mẽtita est iniquitas sibi. Copl.

Sumpti sacrificij dñe perpe/tua nos tuitio nõ relinquat: ⁊ noxia semp a nobis cuncta depel lat. Per. Super populuʒ Oratio.

Concede quesumus oĩpotẽs deus: vt q ꝓtectionis tue gra tiam querimus liberatia malis om nibus secura tibi mẽte seruiamus. Per. Sabbato Introitus. Judica me deus. Per totum: pter tractuʒ.

Proficiat quesumus Orõ. dñe plebs tibi dicata pie de/uotionis affectu: vt sacris actioni/bus erudita: quanto tue maiestati fit gratior: tãto donis potioribus augeatur. Per. Lcõ hieremie pro

In diebus illis. phete. xviij. c. dixerũt ipij iudei adinuicẽ. Ue nite cogitemus ꝯtra iustuʒ cogita/tiones. Non enim peribit lex a sa/cerdote: nec consilium a sapiente:

nec

nec sermo a ꝓpheta. Venite pcutia mus eũ lingua: ꝛ non attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Attẽ de dñe ad me: ꝛ audi voceꝫ aduersarioꝝ meoꝝ. Nũquid redditur ꝓ bono malũ: qꝛ foderũt foueam ani me mee? Recordare qḋ steterim in cõspectu tuo: vt loquerer ꝓ eis bonũ: ꝛ auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famẽ: ꝛ deduc eos i manus gladij. Fiãt vxores eoꝝ absqꝫ liberis ꝛ vidue: ꝛ viri eaꝝ īterficiãtur morte. Juuenes eoꝝ cõfodiant̃ gladio: in ꝑlio audiat̃ clamor de domibus eorũ. Adduces sup eos latronẽ repente: qꝛ foderũt foueã vt caperẽt me. Et laqueos absconderũt pedibus meis: tu aũt dñe scis omne consiliuꝫ eoꝝ aduersum me in mortẽ. Ne ꝓpicieris iniqtati eoꝝ: ꝛ peccatum eoꝝ a facie tua non deleatur. Fiant corruẽtes in cõspectu tuo: in tpe furoris tui: dñe deus meus. Scḋꝫ Ioannem .xvij. cap.

In illo tpe: Subleuatis iesus oculis in celũ dixit: Pater: venit hora: clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne qḋ dedisti ei: det eis vitam eternã. Hec est aũt vita eterna vt cognoscãt te solũ verũ deum: ꝛ quẽ misisti iesum christũ. Ego te clarificaui super terraꝫ: opus cõsummaui qḋ dedisti mihi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priusqꝫ mũdus fieret apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonẽ meũ seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi abs te sunt: qꝛ verba que dedisti mihi dedi eis: ꝛ ipsi acceperunt ꝛ cognouerunt quia a te exiui ꝛ crediderũt qꝛ tu me misisti. Ego pro eis rogo nõ pro mũdo: sed ꝓ his quos dedisti mihi: qꝛ tui sunt. Et omnia mea tua sunt: ꝛ tua mea sunt: ꝛ clarificatus suꝫ in eis. Et iaꝫ nõ suꝫ in mũdo ꝛ hi in mũdo sunt: ꝛ ego ad te venio. ¶ Pater sancte serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi vt sint vnum sicut ꝛ nos. Cũ essem cuꝫ eis: ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi custodiui: ꝛ nemo ex his perijt nisi filius perditiõis: vt scriptura impleat̃. Nũc autem ad te venio ꝛ hec loquor in mũdo: vt habeant gaudium meũ impletum in semetipsis. Et dedi eis sermonem tuũ: ꝛ mundus eos odio habuit: qꝛ non sunt de mũdo: sicut ꝛ ego non sum de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mũdo non sunt: sicut ꝛ ego nõ sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ꝛ ego misi eos in mundũ: ꝛ pro eis sanctificabo meipsum: vt sint ꝛ ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autẽ rogo tm̃: sed ꝛ ꝓ eis q credituri sunt per verbũ eoꝝ in me: vt oẽs vnũ sint sicut tu pr̃ i me ꝛ ego in te: vt ꝛ ipsi in nobis vnũ sint: vt mũdus credat: qꝛ tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi

dedi eis: vt sint vnum: sicut ⁊ nos vnuꝫ sumus. Ego in eis ⁊ tu i me: vt sint cõsummati in vnum. Et cognoscat mundus: qa tu me misisti: ⁊ dilexisti eos: sicut ⁊ me dilexisti. Pater: volo quos dedisti mihi: vt vbi ego sum: ⁊ illi sint mecuꝫ: vt videant claritatẽ meã quã dedisti mihi: qꝛ dilexisti me ante cõstitutionẽ mũdi. Pater iuste: mũdus te non cognouit: ⁊ hi cognouerunt: quia tu me misisti. Et notũ feci eis nomẽ tuũ: ⁊ notũ faciã vt dilectio q̃ dilexisti me ne ipsis sit: ⁊ ego in ipsis.

Secreta. A Cunctis nos quesumus dñe reatibus ⁊ periculis ꝓpitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dominum.

Cõplenda. Diuini muneris largitate satiati q̃s dñe deus nr̃: vt huius participatiõe sp viuamus. Per dñm.

Super populum. Oratio. Tueatur q̃s dñe dextera tua populũ tuũ depꝛecãtẽ: ⁊ purificatũ dignãter erudiat vt cõsolatõe ꝑsenti ad futura bona ꝓficiat. Per. d.

¶ Dñica in ramis palmaꝝ. Finita tertia fiat processio solẽnis in q̃ cõueniunt clerus ⁊ populus cum ramis palmarum oliuaꝫ: aliarũqꝫ arboꝝ. Et põtifex pꝛeparet se cum ministris ⁊ cruce aquã bñdicta ⁊ thuribulo oꝛdinatis ⁊ ꝓcedat ad choꝛum: tũc incipient choꝛarij. ℞. Fratres mei. subsequentibus alijs rñsoꝛijs quoadusqꝫ puenerint ad ecclesiã vbi rami ꝑdictaꝝ arboꝛuꝫ sunt benedicẽdi: cũqꝫ ibi fuerit pontifex pꝛimo bñdicat sal ⁊ aquã: postea media voce dicat. Dñs vobiscũ. Oro. De⁹ quẽ diligere ⁊ amare. vt supꝛa in pontificali habetur. Qua finita legat subdiaconus.

Lectio libꝛi. Exodi. xv. capitu.

In diebus illis. Uenerunt filij israel in helim vbi erant duodecim fontes aquaꝝ: ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aquas pꝛofectiqꝫ de helim venit oĩs multitudo filioꝝ israel in desertuꝫ syn: quod est inter helim ⁊ synai: quintadecima die mẽsis secũdi: postq̃ꝫ egressi sunt de terra egypti: ⁊ murmurauit omnis congregatio filiorum israel contra moysen ⁊ aaron in solitudine. Dixerũtqꝫ ad eos filij israel: Utinã moꝛtui essemus ꝑ manuꝫ dñi in terra egypti q̃n sedebamus sup ollas carniuꝫ: ⁊ comedebamus panẽ in saturitate. Cur induxistis nos i desertũ istud: vt occideretis oẽm multitudinem fame. Dixitqꝫ dñs ad moysen: Ecce ego pluaꝫ vobis panes de celo. Egrediatur populus ⁊ colligat que sufficiunt ꝑ singulos dies vt tentem euꝫ: vtrum ambulet in lege mea an nõ: die autẽ sexta parẽt qδ inferant. Et sit duplum q̃ꝫ colligere solebãt per singulos dies. Dixerũtqꝫ moyses ⁊ aaron ad oẽs filios israel: vespere scietis: ꝙ dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriã dñi. Audiui enim murmur vestrũ cõtra dñm. Nos vero quid sumus qꝛ musitastis contra nos. Et ait moyses: dabit dñs vobis vespere carnes edere ⁊ mane panes in saturitate: eo ꝙ audierit murmura

tiones vestras: quibus murmurati estis cōtra eum: nos enim quid sumus: nec cōtra nos est murmur vestrū: sed cōtra dn̄m. Dixitq; moyses ad aaron: Dic vniuerse cōgregationi filiorum israel: accedite coram dn̄o: audiuit enim murmur vestrū. Cumq; loqueretur aaron ad omnem cetum filiorum israel. Respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Perlecta lectione chorus cantet. Tractū.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℣. Dicant nunc israel sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℣. Etenim nō potuerūt mihi: supra dorsū meū fabricauerūt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Secundum marcum. capitulo. xi.

In illo tpe: Cū appropinquaret iesus hierosolyme et bethanie ad montem oliuarum: mittit duos ex discipulis suis: et ait illis: Ite in castellū quod contra vos est et statim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum: super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illū et adducite: et si quis vobis dixerit qd facitis. Dicite: quia dn̄o necessarius ē: et cōtinuo illū dimittet huc: et abeūtes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: et soluunt eum: et quidā de illic stantibus dicebāt illis: Quid facitis soluētes pullū? Qui dixerunt eis: sicut preceperat illis iesus et dimiserunt illis. Et duxerunt pullum ad iesum et imponunt illi vestimenta sua et sedit super eū. Multi aūt vestimenta sua strauerūt in via: alii āt frōdes cedebāt de arboribus et sternebāt in via. Et q p̄ibāt et q seq̄bant clamabāt dicētes: Osanna bn̄dictus q venit in noīe dn̄i: bn̄dictum qd venit regnum patris nr̄i dauid Osanna in excelsis. Tūc imediate bn̄dicat pōtifex ramos supradictarum arborum hoc mō. Exorciso te oīs creatura florum et frondiū vel palmarum seu oliuarum in noīe patris. vt supra in pōtificali ponit̄ p ordinē. Quibus oībus finitis incipiatur officiū misse.

Domine ne lōge facias auxiliū tuum a me: ad defēsionē meā aspice libera me de ore leonis: et a cornibus vnicorniū hūilitatem meā. Ps. Deus deus meus respice i me: quare me dereliq̄sti longe a salute mea. Oratio.

Omnipotens sempiterne d̄s: q humano generi ad imitādū humanitatis exēplū saluatorē nr̄m carnē assumere et crucē subire voluisti cōcede ꝓpiti⁹ vt et patiētie habere documēta: et resurrectiōis cōsortia mereamur. Per eundem. que sola dicatur. Lectio epistole ad philippen. ij. ca.

Fratres: hoc enim sentite in vobis quod et in christo iesu: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominū factus et habitu inuētus vt hō humiliauit seipsum factum obediēs vsq; ad mor

tē: mortē aūt crucis: propter qđ et
deus illū exaltauit et donauit illi no
mē qđ est super omne nomen: vt in
noīe iesu omne genu flectatur: cele-
stiū: terrestriū et infernorum: et oīs lin
gua cōfiteat̄ q̄ dn̄s iesus christus
in gloria est dei patris. Graduale.
Tenuisti manū dexterā meā ī volūta
te tua deduxisti me: et cū glīa assumpsi
sti me. ℣. Quā bonus isrl̄ de⁹ rectis cor
de: mei aūt pene moti sunt pedes: pene
effusi sunt gressus mei: q̄ zelaui ī pecca
torib⁹ pacē peccatorum vidēs. Tractus.
Deus d̄s me⁹ respice ī me q̄re me d̄re
liq̄sti. ℣. Lōge a salute mea verba deli
ctorum meorum. ℣. Deus meus clamabo
per diē nec exaudies: et nocte: et nō ad isi
pientiā mihi. ℣. Tu aūt ī sācto habitas
laus israel. ℣. In te sperauerūt pr̄es nr̄i:
sperauerūt et liberasti eos. ℣. Ad te cla
mauerūt et salui facti sunt: in te sperauе
rūt et nō sūt cōfusi. ℣. Ego aūt sum ver-
mis et nō hō: opprobriū hoīum et abie-
ctio plebis. ℣. Oēs q̄ videbāt me asp-
nabant̄ me: locuti sunt labiis et moue-
rūt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat
eū saluū faciat eū q̄m vult eum. ℣. Ipsi
vero cōsiderauerūt et cōspexerūt me: di
uiserūt sibi vestimēta mea: et sup vestem
meā miserūt sortem. ℣. Libera me de
ore leonis et a cornib⁹ vnicorniū humi-
litatē meā. ℣. Qui timetis dn̄m lauda-
te eū vniuersū semē iacob glorificate eū
℣. Annūciabit̄ dn̄o generatio vētura:
et annūciabūt celi iustitiā ei⁹. ℣. Pplo
q̄ nascet̄ quem fecit dn̄s. Passio dn̄i
absq; bn̄dictione et dn̄s vobiscū.
et luminaribus et incenso absolute
incipit̄. Nec respondetur Glīa tibi
dn̄e. Peruēto tm̄ ad partē illā; q̄ in
tono euāgelij legit̄: bn̄dictio petit̄
et incēsum portatur ad euangelium.
sed nō sexta feria. ¶ Passio dn̄i
nr̄i iesu christi fm̄ mattheū. xxvi. c.

In illo tpe: di
xit dn̄s iesus di
scipul' suis. Sci
tis q̄ post bi-
duū pasca fiet:
et filius hoīs tra
det̄ vt crucifiga
tur. Tūc cōgre-
gati sunt princi
pes sacerdotum
et seniores ppl'i
ī atriū pricipis sacerdotū q̄ dicebat̄
cayphas: et cōsiliū fecerūt vt iesum do
lo tenerēt et occiderēt. Dicebant āt:
Nō in die festo ne forte tumultus
fieret in ppl'o. Cum aūt esset iesus in
bethania ī domo simōis leprosi: ac-
cessit ad eū mulier habēs alabastrum
vnguēti preciosi et effudit super ca
put ipsius recūbētis. Uidētes autē
discipuli idignati sunt dicētes: Ut
qđ pditio hec? potuit eni istud ve-
nūdari multo: et dari pauperibus.
Sciēs aūt iesus ait illis: qđ molesti
estis huic mulieri? opus enim bo-
num opata est in me. Nā semp pau
pes habetis vobiscū: me aūt nō sp
habebitis. Mittēs eni hec vngen-
tū hoc in corpus meū: ad sepeliēdū
me fecit. Amē dico vobis: vbicūq;
p̄dicatū fuerit hoc euāgeliū in toto
mūdo dicet̄: et qđ hec fecit ī memo
riā eius. Tūc abijt vnus de duode
cim q̄ dicebat̄ iudas scarioth ad pri
cipes sacerdotum: et ait illis: Quid
vultis mihi dare: et ego vobis eū

tradā? At illi cōstituerunt ei trigin-
ta argēteos: et exinde q̄rebat oppor
tunitatē vt eū traderet. Prima āt
die azimor: accesserunt discipuli
ad iesum dicētes: Ubi vis paremus
tibi comedere pascha? At iesus di-
xit: Ite in ciuitatē ad quēdā et dici-
te ei. Magister dicit: Tēps meum ꝓ
pe est: apō te facio pascha cum disci
pulis meis. Et fecerunt discipuli si
cut cōstituit illis iesus: et parauerūt
pascha. Uespere autem facto: discū
bebat cum duodecim discipulis suis:
et edētibus illis dixit: Amē dico vo
bis: q: vnus vestrum me traditur⁹
ē: et cōtristati valde: ceperunt singu
li dicere: Nunqd ego sum dn̄e? At
ipse rn̄dēs ait: Qui itigit mecum ma
num in parapside: hic me tradet. Fi
lius qdē hōis vadit sicut scriptum
est de illo. Ue āt hōi illi p quē filius
hōis tradet. Bonum erat ei si natus
nō fuisset hō ille. Rn̄dēs āt iudas
qui tradidit eum dixit: Nunqd ego
sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cenā
tibus āt illis: accepit iesus panem: et
benedixit ac fregit: deditq; discipu-
lis suis et ait: Accipite et comedite:
hoc est corpus meum: Et accipiēs ca
licē gratias egit et dedit illis dicens:
Bibite ex hoc omnes: Hic est enim
sanguis meus noui testamenti: q
pro multis effundetur in remissio-
nē peccator. Dico āt vobis: nō bi
bā ammodo de hoc genimie vitis
vsq; in illum diem: cum illud bibā
vobiscum nouum in regno patris
mei. Et hymno dicto exierunt in
montem oliueti. Tunc dicit illis ie
sus: Omnes vos scandalum patie
mini in me i ista nocte. Scriptum est
enī: ꝑcutiā pastorē: et dispergentur
oues gregis. Postq̄ aūt resurrexe
ro: p̄cedā vos in galileā. Rn̄dens
āt petrus ait illi. Et si oēs scādaliza
ti fuerint in te: ego nunquā scādali
zabor. Ait illi iesus: Amē dico tibi:
q: in hac nocte anteq̄ gallus cātet:
ter me negabis. Ait illi petrus: Eti-
am si oportuerit me mori tecū: non
te negabo. Silr̄ et oēs discipuli di-
xerūt. Tūc venit iesus cum illis i vil
lam que dr̄ gethsemani: et dixit di-
scipulis suis: Sedete hic donec va-
dam illuc et orem. Et assumpto pe-
tro et duob⁹ filijs zebedei: cepit cō-
tristari et mestus esse. Tunc ait illis:
Tristis est anima mea vsq; ad mor
tem. Sustinete hic et vigilate mecū.
Et progressus pusillum: ꝓcidit i fa
ciem suam orās et dicens: Mi pater:
si possibile est trāseat a me calix iste.
Uerumtn̄ nō sicut ego volo: sed si-
cut tu. Et venit ad discipulos: et in-
uenit eos dormiētes. Et dixit petro:
Sic? non potuisti vna hora vigila-
re mecum? Uigilate et orate: vt non
intretis intētationē. Spiritus qdem
p̄mptus est: caro autē infirma. Ite-
rum secundo abijt: et orauit dicēs:
Pater mi: si nō potest hic calix trā
sire nisi bibam illum. Fiat voluntas
tua. Et venit iter et inuenit eos dor
miētes. Erant eni oculi eor graua-
ti: et relictis illis: iterū abijt et orauit
tertio eundē sermonem dicēs. Tūc
venit ad discipulos suos: et dicit il
lis: Dormite iam et requiescite. Ec-
ce appropinquabit hora et filius ho
minis tradetur in manus peccato-

rū. Surgite eamus: Ecce appropin quabit: qui me tradet. Adhuc ipso loquente ecce iudas vnus de duodecim venit: ⁊ cū eo turba multa cū gladiis ⁊ fustibus: missi a principibus sacerdotum ⁊ senioribus ppli. Qui autē tradidit eū: dedit illis signū dicēs: Quēcūq3 osculatus fuero: ipse est tenete eū. Et cōfestim accedēs ad iesum dixit: Aue rabbi. Et osculatus ē eū. Dixitq3 illi iesus: Amice ad qd venisti? Tunc accesserūt ⁊ manus iniecerūt in iesum: ⁊ tenuerunt eū. Et ecce vnus ex his q erāt cū iesu: extēdēs manum exemit gladiū suū: ⁊ pcutiens seruū principis sacerdotū amputauit ei auriculā eius dexterā. Tunc ait illi iesus: Cōuerte gladiū tuum in locū suū. Oēs eni qui acceperint gladiū: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrē meū: ⁊ exhibebit mihi modo plus q3 duodecim legiones angelorum? Quō ergo implebūtur scripture: q2 sic oportet fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tāq3 ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustibus cōprehendere me. Quotidie apud vos sedebā docēs in tēplo: ⁊ nō me tenuistis. Hoc autē totū factū est vt adimplerentur scripture prophetarum. Tunc oēs discipuli relicto eo fugierunt. At illi tenentes iesum: duxerunt eum ad caypham principē sacerdotū: vbi scribe ⁊ seniores cōuenerant. Petrus autem sequebat eū a longe vsq3 in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat cū ministris vt videret finē. Princeps autē sacerdotū ⁊ omne conciliū querebant falsum testimoniū cōtra iesum: vt eum morti traderēt ⁊ non inuenerūt cū multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venerūt duo falsi testes: ⁊ dixerunt. Hic dixit: possum destruere tēplū dei: ⁊ post triduū reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotū ait illi: Nihil rñdens ad ea que isti aduersum te testificant? Jesus āt tacebat. Et princeps sacerdotū ait illi: Adiuro te per deum viuū: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi iesus: Tu dixisti. Uerumtamen dico vobis: amodo videbitis filiū hois sedētē a dextris virtutis dei ⁊ venientē in nubibus celi. Tūc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua dicēs: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiā. Quid vobis videt? At illi rñdentes dixerūt: Reus est mortis. Tunc expuerūt in faciē eius: ⁊ colaphis eū ceciderunt. Alij aūt palmas in faciem eius dederunt dicentes: Prophetiza nobis xpe: qs est q te percussit? Petrus vero foris sedebat i atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla dicēs: Et tu cū iesu galileo eras? At ille negauit: corā oībus dicēs: Nescio qd dicis. Exeūte aūt illo ianuā vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his q erāt ibi: ⁊ hic erat cū iesu nazareno. Et iterum negauit cū iuramento: Quia non noui hoiem. Et post pusillū accesserunt qui stabāt: ⁊ dixerunt petro: Uere: ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. Tūc cepit detestari ⁊ iurare quia nō no-

uisset hoiem. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordatus ē petr⁹ vbi iesu quod dixerat: priusq̄ȝ gallus cātet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane autēȝ facto cō siliū inierunt omnes principes sacerdotum ⁊ seniores populi aduersus iesum vt eum morti traderent. Et vinctuȝ adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pilato p̄sidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit q᷑ dānatus esset: penitētia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotuȝ ⁊ senioribus dicēs: Peccaui: tradens sanguinē iustuȝ. At illi dixerunt. Quid ad nos tu videris. Et ꝓiectis argenteis in tēplo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspēdit. Principes aūt sacerdotuȝ acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonā: q᷑ p̄cium sanguinis est. Consilio autē inito: emerunt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinoꝝ: ꝓpter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: vsq; in hodiernum diē. Tūc ipletū est qd̄ dictuȝ est per hieremiā prophetā dicētē: Et acceperūt triginta argēteos p̄cium appreciati quē appreciauerunt a filijs israel: ⁊ dederunt eos in agruȝ figuli: sicut constituit mihi dn̄s. Iesus aūt stetit an̄ p̄sidem: ⁊ interrogauit eū preses dicēs. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus: Tu dicis. Et cuȝ accusaretur a principibus sacerdotū ⁊ a senioribus: nihil r̄ndit. Tūc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non r̄ndit ei ad vlluȝ verbum: ita vt miraret̄ p̄ses vehementer. Per diē autem solēnē cōsueuerat preses dimittere pplo vnuȝ vinctum queȝ voluissent: habebat autē tunc vinctum insignem: qui dicebat̄ barrabas. Qui propter seditionem missus fuerat in carcerem. Congregatis autē illis: dixit pilatus: Quem vultis dimittā vobis: barrabam: an iesum qui dicitur christus: Sciebat eni q᷑ per inuidiā tradidissent eum. Sedēte autem illo pro tribunali: misit ad euȝ vxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enim passa sum hodie p visum pp eum. Principes autem sacerdotuȝ ⁊ seniores p̄suaserunt populis vt peterēt barrabam: iesuȝ vero pderent. R̄ndēs āt p̄ses: ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabā. Dicit illis pilatus: Quid igitur faciā de iesu q dr̄ christus? Dicunt omnes Crucifigat̄. Ait illis p̄ses: Quid eni mali fecit? At illi magis clamabant dicētes: Crucifigatur. Uidens autem pilatus q᷑ nihil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram omni populo dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis Et respondens vniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos: ⁊ super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabā: iesuȝ autēȝ flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites p̄sidis suscipientes iesum in pretorio congregauerunt ad euȝ vniuersuȝ cohorteȝ: ⁊ exuentes euȝ: chlamydeȝ coccineā circū

derūt ei. Et plectētes coꝛonā de spi
nis: posuerūt sup caput eius ⁊ arū
dinē i dextera eius: ⁊ genuflexo an-
te eum: illudebant ei dicentes: Aue
rex iudeoꝝ. Et expuētes in eū: acce
perunt arundinē: ⁊ pcutiebant ca-
put eius. Et postq̄ȝ illuserūt ei exue
runt euȝ chlamydeȝ: ⁊ induerūt eū
vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum
vt crucifigeretur. Exeuntes autem
inuenerunt hominē cyreneuȝ: noīe
simoneȝ: hunc angariauerūt vt tol
leret cruceȝ eius. Et venerunt in lo-
cum q dicitur golgotha: quod est
caluarie locus: ⁊ dederunt ei vinuȝ
bibere cum felle mixtuȝ. Et cum gu
stasset: noluit bibere. ¶ Postq̄ȝ auteȝ
crucifixerunt euȝ diuiserunt vesti-
menta eius: sorteȝ mittētes: vt imple-
retur qđ dictum est per ꝓphetaȝ
dicenteȝ: Diuiserunt sibi vestimen
ta mea ⁊ sup vestem meā miserunt
sortem: ⁊ sedentes seruabant eum.
Et imposuerūt sup caput eius cau
sam ipsius scriptam. Hic est iesus
nazarenus rex iudeoꝝ. Tunc cruci
fixi sunt cuȝ eo duo latrones: vnus
a dextris: ⁊ vnus a sinistris. ¶ Prete
reuntes auteȝ blasphemabant euȝ:
mouentes capita sua ⁊ dicentes:
Vach qui destruis templum dei: ⁊
in triduo illud reedificas. Salua te
metipsum: si filius dei es: descende
de cruce. Similiter ⁊ principes sa-
cerdotum illudentes ei cuȝ scribis
⁊ senioribus dicebant: Alios sal-
uos fecit: seipsum non potest sal-
uum facere. Si rex israel est descen-
dat nunc de cruce: Et credimus ei.
Confidit in deo: liberet eum nunc
si vult. Dixit enim: quia filius dei
sum. Idipsum autem ⁊ latrones q
crucifixi erant cum eo impropera-
bant ei. A sexta autem hora tene-
bre facte sunt super vniuersam ter-
ram vsq; ad horam nonam: ⁊ cir-
ca horam nonaȝ clamauit iesus vo
ce magna dicens. Hely hely lama-
zabathani. Hoc est. Deus meus:
deus meus: vt quid dereliq̄sti me.
Quidā auteȝ illic stantes ⁊ audien
tes dicebāt: Helyam vocat iste. Et
continuo currens vnus ex eis: ac-
ceptā spōgiā impleuit aceto: ⁊ im-
posuit arundini ⁊ dabat ei bibere.
Ceteri vero dicebant. Sine videa-
mus an veniat helyas liberās euȝ.
Jesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum. ✠ Et ecce
velum templi scissum est in duas
partes: a summo vsqȝ deoꝛsum: ⁊
terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊
monumenta aperta sunt: ⁊ multa
coꝛpoꝛa sanctoꝝ que doꝛmierant
surrexerunt. Et exeuntes de monu-
mentis post resurrectioneȝ eius ve
nerunt in sanctam ciuitatem: ⁊ ap-
paruerunt multis. Centurio aūt ⁊
qui cuȝ eo erāt custodienteȝ iesum:
viso terremotu: ⁊ his que fiebāt: ti
muerunt valde dicentes: Vere: fili
us dei erat iste. Erāt autem ibi mu-
lieres multe a longe que secute erāt
iesuȝ a galilea: ministrantes ei inter
quas erat maria magdalena: ⁊ ma
ria iacobi: ⁊ ioseph mater filioꝛuȝ
zebedei. Cum sero autem factum
esset: venit quidam homo diueȝ ab
arimathia nomine ioseph: qui ⁊
ipse discipulus erat iesu: hic accessit

ad pilatum: et petijt corpus iesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone munda: et posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat in petra: et aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti et abijt. Erat autem ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulchrum. Hic legit in tono euangelij.

Altera autem die que est post parasceuen: conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes: Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum: et dicant plebi surrexit a mortuis: et erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus. Credo dicitur. Offer.

Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur: et non fuit consolantem me quesiui et non inueni et dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Concede quesumus domine: vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis obtineat et effectum beate perhennitatis acquirat. Per dominum. Prefatio: Qui salutem. Com. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Complenda.

Per huius domine operationem mysterij: et vitia nostra purgentur et iusta desideria compleantur. Per. ¶ Fer. ij.

Iudica domine nocentes me: Introi. expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum domine virtus salutis mee. Ps. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui me persequuntur.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum vi. Lectio Esaie prophete. l. capitulo.

Dixit esaias: dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus faciem meam non auerti: ab increpantibus et conspuentibus in me: dominus deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me quis contradicet mihi? Stemus simul Quis est aduersarius meus: accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus: Quis est qui condemnet me. Ecce omnes quasi vestimentum conterentur et tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum? Audiens vocem serui eius. Quis ambulauit in tenebris: et non est lumen ei. Speret in nomine domini: et innitatur super domino deo suo. Immediate incipitur epistola. Lectio zacharie prophete. xi. capitulo.

Hec dicit dominus deus: Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam: et si non quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis: et dixit dominus ad me. proijce il

lud ad statuariū decoꝝ ꝑciuȝ q̄ ap/
preciat⁹ suȝ ab eis. Et tuli trigīta ar
gēteos: ⁊ proieci illos in domo dn̄i
ad statuariū. Et ꝑcidi virgā meā se
cūdā que appellabat̄ funiculus vt
dissoluerē germanitatē īter iudaȝ ⁊
israel. Et dixit dn̄s ad me: Ecce ego
ponā hierusalē sup liminare crapu
le oib⁹ ppl'is in circuitu: sed ⁊ iuda
erit in obsidione cōtra hierusalem.
Et habitabit̄ hierusalē rursuȝ: in lo
co suo ī hierusalē ⁊ saluabit domī
nus tabernacula iuda: sicut in ꝑnci
pio: Et erit ī die illa effundā sup do
muȝ dauid: ⁊ sup habitatores hie
rusalē spiritū grē ⁊ precū ⁊ aspiciēt
ad me quē ꝯfixerūt: ⁊ plangēt eum
plāctu quasi sup vnigenitū: ⁊ dole/
bunt sup eū vt dolori solet in mor/
te primogeniti. Jn die illa magnus
erit plāctus in hierusalē: sicut plan/
ctus ad rēmon ī cāpo magedon et
dicet̄ ei: qd sunt plage iste in medio
manuū tuaꝝ. Et dicet: his plagat⁹
sum in domo illoꝝ q diligebāt me:
framea suscitare super pastorē meū
⁊ sup viꝝ coherētē mihi. Dicit dn̄s
exercituū. Percute pastorē ⁊ disp/
gent̄ oues. Et cōuertaȝ manū meā
ad paruulos ⁊ erūt in oī terra dicit
dominuȝ. Partes due in ea disper
gentur: ⁊ deficiēt ⁊ tertia pars relin
quetur in ea: et ducam tertiam par
tem per ignem: ⁊ vraȝ eos: sicut vri
tur argentum: ⁊ probabo eos sicut
probatur auruȝ. Jpse inuocabit no
men meum ⁊ ego exaudiā eum. Di
caȝ populus meus es: ⁊ ipse dicet:
dominus deus meus. Graduale.
Ego autem cum mihi molesti essent
induebam me cilicio: ⁊ humiliabo in ie
iunio animam meam: ⁊ oratio mea in
sinu meo conuertet̄. ℣. Judica dn̄e no
centeȝ me expuga impugnantes me: ap
prehende arma ⁊ scutuȝ: ⁊ exurge ī ad
iutoriū mihi. Tract⁹ vt supra .xliij.

Scd̄m Joannem.xij. capitu.

Ante sex dieȝ pasce venit iesuȝ
bethaniā vbi lazarus fuerat mortu
us quē suscitauit iesus. Fecerūt aūt
ei cenaȝ ibi: ⁊ martha ministrabat:
lazarus vero vnus erat ex discūbē/
tibus cum eo. Maria ergo accepit
librā vnguēti nardipistici ꝑciosi et
vnxit pedes iesu ⁊ extersit capilliȝ su
is pedes ei⁹: ⁊ dom⁹ ipleta ē ex odo
re vnguēti. Dixit ergo vnuȝ ex disci
pulis eius iudas scariothis: q erat
eū traditurus. Quare hoc vnguen/
tū nō venijt trecētis denarijs ⁊ da/
tum ē egeniȝ. Dixit aūt hoc nō q: de
egeniȝ ad eū ptinebat: ſȝ q: fur erat
⁊ loculos hn̄s: ⁊ ea q̄ mittebantur
portabat. Dixit ergo iesus: sinite il/
laȝ: vt in diē sepulture mee seruet il/
lud. Pauperes eni semp vobiscū ha
betꝭ: me aūt nō semp habebitis. Co
gnouit ergo turba multa ex iudeis
q: lazarus illuc ē: ⁊ venerūt nō pp
iesū tm̄: ſȝ vt lazaꝝ viderēt quē susci
tauit a mortuis. Cogitauerūt ergo
pricipes sacerdotū: vt ⁊ lazaꝝ inter
ficerent: q: multi ꝑpter illū abibāt
ex iudeis: ⁊ credebāt ī iesuȝ. Jn cra/
stinū aūt turba multa q̄ venerat ad
diē festū: cū audissent q: venit iesus
hierosolymā: acceperūt ramos pa
maꝝ: ⁊ ꝓcesserūt obuiam ei. Et cla
mabāt dicentes. Osanna bn̄dictuȝ
q venit in noīe dn̄i rex israel: ⁊ inue

nit iesus asellū ꝛ sedit sup eū sicut scriptū est. Noli timere filia sion. Ecce rex tuus venit tibi sedēs sup pullū asine. Hec nō cognouerūt discipuli ei⁹ primū: sed qñ glificatus est iesus: tunc recordati sunt q͛ hec scripta erant de eo: ꝛ hec fecerūt ei. Testimonium ergo phibebat turba q̄ erat cū eo: qñ lazarum vocauit de monumento ꝛ suscitauit eū a mortuis. Propterea ꝛ obuiā venit ei turba: q͛ audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisei vero dixerūt ad semetipsos: Uidetis q͛ nihil proficimus: ecce mūdus tot⁹ post eū abiit. Erāt autē gētiles qdā ex his: q ascenderāt vt adorarent i die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū: qui erat a bethsaida galilee: ꝛ rogabāt eū dicētes: Dñe volumus iesū videre. Uenit philippus ꝛ dicit andree. Andreas rursū ꝛ philipp⁹ dixerunt ad iesū: Jesus autē r̄ndit eis dicēs: Uenit hora vt clarificet̄ filius hoīs. Amē amen dico vobis: nisi granū frumēti cadēs in terram mortuū fuerit: ipsū solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat animā suā pdet eā: ꝛ qui odit aīam suā in hoc mundo: in vitā eternā custodit eā. Si qs mihi ministrat: me sequatur. Et vbi ego sū illic ꝛ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eū pr̄ meus. Nunc anima mea turbata ē: ꝛ qd dicā? Pat̄ saluifica me ex hac hora: sed ppterea veni in hāc horā. Pater clarifica nomē tuum. Uenit ergo vox de celo dicēs. Clarificaui: ꝛ iterū clarificabo: Turba ergo que stabat ꝛ audierat: dicebat: tonitruū factū esse Alij āt dicebāt: Angelus ei locutus est. R̄ndit iesus ꝛ dixit: Nō ppter me vox hec venit: sed ppter vos. Nunc iudiciū ē mundi: nunc princeps mundi huius eijciet̄ foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad meipsum. Hoc āt dicebat: significās qua morte eēt moriturus. R̄ndit ei turba: Nos audiuimus ex lege: q͛ chr̄s manet in eternū: ꝛ quō tu dicis: oportet exaltari filiū hoīs? Et qs ē iste fili⁹ hoīs? Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicū lumē in vobis ē: ābulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehendant. Et q ambulat i tenebris: nescit quo vadat. Dū lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutus est iesus: ꝛ abijt ꝛ abscōdit se ab eis. **Offe.** Eripe me d̄ inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facē volūtatē tuā: q͛ deus meus es tu.

Secreta. Hec nos sacrificia omnipotens deus potēti virtute mundatos: ad suum faciant puriores venire pricipium. Per dominum nostrum. **Com.** Erubescāt ꝛ reuereant̄ simul q gratulantur malis meis: induantur pudore ꝛ reuerētia q maligna loquūtur aduersum me.

Complen. Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorē: quo eorū pariter ꝛ actu delectemur ꝛ fructu. Per dominū.

Super populum. Oratio. Adiuua nos d̄s salutaris nr̄: ꝛ ad bñficia recolenda qbus nos instaurare dignatus es tribue veni

re gaudentes.p. ¶ Feria.iij. Jntro.

N Os aũt gloriari oportet in cruce dñi nr̃i iesu christi: in q̃ ē salus vita ⁊ resurrectio nostra: per quem saluati ⁊ liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri ⁊ bñdicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos ⁊ misereaᷣ nostri.

O Mñps sempiterne de⁹: Oro. da nobis ita dñice passionis sacramenta peragere: vt indulgentiã pcipere mereamur. Per eundẽ.

Lcõ hieremie prophete.xi.cap.
I N diebus illis: dixit hieremias Dñe demõstrasti mihi ⁊ cognoui. Tu ostẽdisti mihi studia eorum: ⁊ ego quasi agnus mansuetus q portatur ad victimaꝫ: ⁊ non cognoui q: cogitauerunt sup me cõsilia dicẽtes: Mittamus lignũ in panẽ eius: ⁊ eradamus euꝫ de terra viuentiũ: ⁊ nomẽ eius non memoretᷣ amplius. Tu aũt dñe sabaoth qui iudicas iuste: ⁊ pbas renes ⁊ corda: videã vltionẽ tuã ex eis. Tibi enim reuelaui causaꝫ meã: dñe deus meus.

Jnmediate incipit epl̃a. Lcõ libri sapiẽtie.ij.ca.
I N diebus illis: Dixerũt impij iudei: Venite circũueniamus iustuꝫ: qm̃ inutilis est nobis: ⁊ ꝯtrarius est operib⁹ nr̃is. Et improperat nobis peccata legis: ⁊ diffamat in nos peccata discipline nr̃e. Promittit se sciẽtiã dei habere ⁊ filiũ dei se nominat. Factus est nobis in ꝯtradictionẽ cogitationum nostraꝝ. Grauis etiaꝫ est nobis ad vidẽdũ: quoniã dissimilis est alijs vita illius: ⁊ immutate sunt vie eius. Tanq̃ꝫ nugaces estimati sumus ab illo: ⁊ abstinet se a vijs nostris tanq̃ꝫ ab immundicijs. Et pfert nouissima iustoꝝ: ⁊ gloriaᷣ patrem se habere deũ. Videamus ergo si sermones illius veri sint: ⁊ tentemus que ventura sunt illi: ⁊ sciemus q̃ erunt nouissima illius. Si enim est verus dei filius suscipiet illum: ⁊ liberabit eum de manibus ꝯtrarioꝝ. Cõtumelia ⁊ tormẽto īterrogemus euꝫ: vt sciamus reuerẽtiã illius: ⁊ probemus patientiã eius. Morte turpissima cõdẽnemus eum. Erit eniꝫ respectus ex sermonibus illius. Hec cogitauerunt ⁊ errauerũt. Excecauit eni illos malitia eoꝝ: ⁊ nescierũt sacr̃a dei. Neq; mercedem sperauerunt iustitie: nec iudicauerũt honoreꝫ aĩaꝝ suaꝝ. Offer. Exurge dñe ⁊ intẽde iudiciũ meũ: de⁹ meus ⁊ dñs meus in cãm meã. ℣. Effunde frameam: ⁊ cõclude aduersus eos qui me psequuntur. ¶ Passio dñi nr̃i iesu christi Scd̃m marcum. xiiij. capit.

E Rat pascha ⁊ azima post biduũ: ⁊ q̃rebãt sũmi sacerdotes ⁊ scribe quõ iesuꝫ dolo tenerẽt: ⁊ occiderẽt. Dicebant eniꝫ: Nõ ĩ die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum iesus esset bethanie in domo simonis leprosi ⁊ recumberet: venit mulier habẽs alabastrum vnguẽti nardi spicati preciosi: ⁊ fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aũt qdã indi

gne ferẽtes intra semetipsos ꝛ dicẽtes. Ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguẽtũ istud venundari plusq̃ȝ trecentis denarijs ꝛ dari pauperibꝰ. Et fremebãt in eam. Jesus aũt dixit. Sinite eam qd molesti estis illi. Bonum opus operata est in me. Semp eniȝ paupes habetis vobiscũ: ꝛ cuȝ volueritis potestis illiꝭ benefacere me aũt non semp habebitiꝭ. Quod habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meũ in sepulturam. Amen dico vobis vbicũqȝ p̃dicatum fuerit hoc euãgeliũ in vniuerso mũdo: et quod fecit hec narrabit̃ in memoriam eius. Et iudas scariothis vnuꝭ de duodecim abijt ad summos sacerdotes vt ꝓderet eũ illis. Qui audiẽtes gauisi sunt: ꝛ ꝓmiserũt ei pecuniã se daturos. Et querebãt quõ illum opportune traderet. Et p̃mo die azimorum quãdo pasca imolabãt: dicũt ei discipuli: Quo vis eamus ꝛ paremus tibi vt manduceꝭ pasca? Et mitit duos ex discipulis suis ꝛ dicit eis: Jte in ciuitateȝ ꝛ occurret vobis hõ lagenam aque baiulans sequimini euȝ ꝛ quocunqȝ introierit dicite dño domus: q2 magister dicit: Ubi ẽ refectio mea: vbi pasca cum discipulis meis manducem: Et ipse vobis demõstrabit cenaculum grãde stratũ ꝛ illic parate nobis. Et abierunt discipuli eiuꝭ ꝛ venerũt in ciuitatẽ ꝛ inuenerunt sicut dixerat illis: ꝛ parauerũt pasca. Uespere autẽ facto venit cũ duodecim: ꝛ discũbẽtibus eis ꝛ mãducãtibus ait illis iesus: Amẽ dico vobis: q2 vnus ex vobis me tradet q mãducat mecũ. At illi ceperũt contristari ꝛ dicere ei singillati. Nũqd ego? Qui ait illis. Unus ex duodeciȝ q ĩtingit mecũ manũ in catino. Et filius hoĩs vadit sicut scriptuȝ est de eo: Ue aũt hoĩ illi p quẽ filius hoĩs tradet̃. Bonũ erat ei si nõ esset natus hõ ille. Et mãducãtibus illis accepit iesus panẽ ꝛ bñdicẽs fregit ꝛ dedit eis ꝛ ait: Sumite hoc ẽ corpus meũ. Et accepto calice: gratias agẽs dedit eis: ꝛ biberũt ex illo oẽs. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti q pro multis effundetur. Amen dico vobis: q2 iã non bibã de genimine vitis vsqȝ in diem illum cuȝ illud bibã nouũ in regno dei. Et hymno dicto exierũt in montẽ oliuaꝶ. Et ait illis iesus: Oẽs scãdaliȝabimini in me in ista nocte: q2 scriptũ est. Percutiã pastorẽ ꝛ dispgent̃ oueꝭ gregis. Sed postq̃ȝ surrexero p̃cedã vos in galileã. Petrus ãt ait illi: Et si oẽs scãdaliȝati fuerint: sed nõ ego. Et ait illi iesuꝭ. Amẽ dico tibi: q2 tu hodie ĩ nocte hac: priusq̃ȝ gallus bis vocẽ dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cõmori tibi: nõ te negabo. Similiter ãt ꝛ oẽs dicebãt. Et venerũt in prediũ cui nomẽ gethsemani. Et ait discipulis suiꝭ: Sedete hic donec orẽ. Et assumpsit petrũ ꝛ iacobũ ꝛ ioãnẽ secuȝ: ꝛ cepit pauere ꝛ tedere: ꝛ ait illis. Tristis est aĩa mea vsqȝ ad mortẽ sustinete hic ꝛ vigilate. Et cũ ꝓcessisset paululũ ꝓcidit sup terrã

⁊ orabat vt ſi fieri poſſet tráſirt ab eo hora. ⁊ dixit: Abba pater: oia tibi poſſibilia ſunt tráſfer a me calicé hūc: ſed nō qđ ego volo: ſed qđ tu. Et venit ⁊ īuenit eos dormiétes. Et ait petro: Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum? Uigilate ⁊ orate vt nō intretis in tétationé: Spūs qdez próptus é: caro aūt īfirma. Et iteꝝ abiens orauit eūdé sermoné dicés: Et reuerſus denuo inuenit eos dormiétes. Erát .n. oculi eoꝝ grauati: ⁊ ignorabát qd rñderét ei. Et venit tertio ⁊ ait illis: Dormite iá ⁊ requieſcite. Sufficit. Uenit hora ecce tradeť filius hois in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui me tradet prope eſt. Et adhuc eo loquente: venit iudas ſcarioth vnus de duodecim: ⁊ cuz eo turba multa cū gladijs ⁊ lignis miſſi a ſummis ſacerdotibus ⁊ ſcribis ⁊ ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignum dicens: Quécūqz oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum: ⁊ ducite caute. Et cuz veniſſet ſtatim accedens ad eum ait. Aue rabbi: ⁊ oſculatus é eū. At illi manus iniecerunt in ieſum ⁊ tenuerūt eū. Unus aūt qdá de circunſtantibus educens gladiū pcuſſit ſeruuz ſummi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et reſpondens ieſus ait illis: Tanqȝ ad latronem exiſtis cuz gladiis ⁊ lignis comprehédere me. Quotidie apud vos eraz in téplo docens: ⁊ non me tenuiſtis: ſed vt ipleanť ſcripture. Tunc diſcipuli eius relinquentes eum oés fugerūt. Adoleſcés át qdá ſequebatur eū: amictus ſyndone ſup nudo ⁊ tenuerunt eum. At ille reiecta ſyndone: nudus pfugit ab eis. Et adduxerunt ieſuz ad ſummum ſacerdotez: ⁊ conuenerunt oés ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores. Petrus aūt a lōge ſecutus eſt eum vſqz intro i atrium ſūmi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cuz miniſtris: ⁊ calefaciebat ſe ad igné. Summi vero ſacerdotes ⁊ oé ꝯcilium querebát aduerſus ieſum teſtimonium: vt euz morti traderét nec inueniebát. Multi eni teſtimoniuz falſum dicebant aduerſus eū: et cōuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgétes falſum teſtimonium: ferebát aduerſus euz dicentes: Quoniá nos audiuimus eū dicentez: ego diſſoluaz téplum hoc manufactuz: ⁊ poſt triduum aliud nō manufactum edificabo. Et nō erat cōueniens teſtimoniuz illoꝝ. Exurgens aūt ſummus ſacerdos in medium interrogauit ieſuz dicés: Nō rñdes qcqȝ ad ea que tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat: ⁊ nihil rñdit. Rurſum ſummus ſacerdos iterrogabat eum ⁊ dixit ei. Tu es chriſtus filius dei bñdicti. Jeſus auté dixit ei. Ego ſum. Et videbitis filium hois ſedété a dextris virtutis dei ⁊ venienté in nubibus celi. Summus auté ſacerdos ſcindens veſtiméta ſua ait: Quid adhuc deſideramus teſtes: audiſtis blaſphemiaz: quid vobis videtur? Qui oés ꝯdénauerunt eū eé reuz mortis. Et ceperunt qdá ꝯſpuere i eum: ⁊ velare faciem eius: ⁊ colaphis eum cedere: ⁊ dicere ei: ꝓphetiza. Et miniſtri ala-

pis eius cedebāt. Et cum eēt petrus in atrio deorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis: et cum vidisset petrum calefaciētē se: aspiciēs illū ait: Et tu cum iesu nazareno eras. At ille negauit dicēs: Neqȝ scio: neqȝ noui qd dicas. Et exijt foras ante atrium et gallus cātauit. Rursus autem cum vidisset illum alia ancilla cepit dicere circunstātibus. Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus q astabāt dicebāt petro: Vere ex illis es: nā et galileus es. Ille autē cepit anathematizare et iurare: q2 nescio hoiem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cātauit. Et recordatus est petrus vbi qđ dixerat ei iesus. Priusqȝ gallus cātet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et cōfestim mane cōsilium faciētes summi sacerdotes cum senioribus et scribis: et vniuerso cōcilio vinciētes iesum duxerūt et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus: Tu es rex iudeorum? At ille rñdēs ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum iterrogauit eū dicens. Nō rñdes qcqȝ? vide in quātis te accusant? Jesus aūt amplius nihil rñdit: ita vt miraretur pilatus. Per diem aūt festū: dimittere solebat illis vnū ex vinctis quēcunqȝ petissent. Erat aūt qui dicebatur barrabas: q cum seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cepit rogare: sicut semper faciebat illis. Pilatus autē respondit eis et dixit: vultis dimittam vobis regem iudeorum? Sciebat eni qȝ p inuidiā tradidissent eū summi sacerdotes. Pōtifices autem cōcitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum rñdens ait illis: Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterū clamauerunt: Crucifige eū. Pilatus vero dicebat eis: Quid eni mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere: dimisit illis barrabam: et tradidit iesum flagellis cesum vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorij et conuocant totam cohortem et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes spineam coronam et ceperunt salutare eū. Aue rex iudeorum: et percutiebant caput eius arundine et conspuebant i eum et ponentes genua adorabant eum. Et postquā illuserunt ei: exuerūt illum purpura: et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illum vt crucifigerent eum. Et Et angariauerūt ptereuntē quēpiā simonē cyreneū veniētē de villa patrem alexandri et ruffi: vt tolleret crucē eius. Et pducūt illū in golgotha locum: qđ est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortem super eis quis qd tolleret. Erat aūt hora tertia: et crucifixerūt eū: et erat titulus cause eius iscriptus: rex iudeorum. Et cū eū crucifixerūt duos latrones: vnū a dextris et aliū a sinistris. Et ipleta est scriptura q dicit: Et cū iniqs reputatus est.

Et ptereuntes blasphemabant eũ: mouẽtes capita sua ⁊ dicẽtes: Vah qui destruis tẽplũ dei: ⁊ in trib⁹ die bus reedificas? Saluũ fac temetipsum descendẽs de cruce. Similiter ⁊ summi sacerdotes illudẽtes ad alterutrũ cũ scribis dicebant: Alios saluos fecit: seipsum non põt saluũ facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. Et q cũ eo crucifixi erant: conuitiabãtur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totã terrã: vsq; in horam nonã. Et hora nona exclamauit iesus voce magna dicẽs: Hely hely lamazabathani: qđ est interpretatum: Deus meus: deus meus: vt qd dereliquisti me? Et qdam de circunstantibus audiẽtes dicebant. Ecce helyam vocat. Currens aũt ẽ vnus ⁊ implens spongiam aceto: circũponẽsq; calamo: potum dabat ei dicens: Sinite videamus si veniat helyas ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit ✠ Et velũ templi scissũ est in duo a summo vsq; deorsum Videns autẽ cẽturio q ex aduerso stabat: q: sic clamans expirasset ait: Vere hic homo filius dei erat. Erant aũt ⁊ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene ⁊ maria iacobi minoris ⁊ ioseph mater ⁊ salome. Et cũ esset in galilea sequebant̃ eũ: ⁊ ministrabant ei. Et alie multe q̃ simul cum eo ascenderant hierosolymã. Hic legit̃ in tono euãgelij. Et cum iam sero esset factum q: erat parasceue qđ est ante sabbatũ venit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui ⁊ ipse erat expectans regnũ dĩ. Et audacter introiuit ad pilatũ: ⁊ petijt corpus iesu. Pilatus aũt mirabat̃ si iã obijsset. Et accersito cẽturione: interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a cẽturiõe donauit corp⁹ ioseph. Ioseph aũt mercatus syndonẽ: ⁊ deponẽs eum inuoluit syndone: ⁊ posuit eũ in monumento qđ erat excisum de petra. Et ad voluit lapidẽ ad ostiũ monumenti. Offer. Custodit me dñe de manu peccatoris ⁊ ab hominibus iniq̃s eripe me domine. Secreta.

Sacrificia nos quesumus domine propensius ista restaurent que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per. Prefatio. Qui salutẽ. Com. Aduersũ me exercebantur q sedebant in porta: ⁊ in me psallebant q bibebãt vinũ: ego vero orationẽ meã ad te dñe: tp̃s beneplaciti deus in multitudine mĩe tue. Copl.

Santificationibus tuis oipotens deus: ⁊ vitia nostra purgentur ⁊ remedia nobis eterna proueniant. Per. Sup pplm oratio.

Tua nos misericordia dñe ⁊ ab oĩ surreptione vetustatis expurget: ⁊ capaces sancte nouitatis efficiat. p. ¶ Feria. iiij. Introi.

In noĩe dñi omne genu flectat̃ celestiũ terrestriũ ⁊ infernorũ: q: dominus factus est obediẽs vsq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis: ideo dominus iesus christus in gloria est dei patris. ps. Dñe exaudi orationem meã ⁊ clamor meus ad te veniat. Hic non dicitur. Dñs vobiscũ. sed tm̃ Flectam⁹ ge.

Presta

Presta q̄s op̄s deus: Offo. vt q nostris excessibus incessant̄ affligimur: per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum.

Lectio esaie prophete.lxiij.ca.

Hec dicit dn̄s deus: dicite filie sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiā ꝛ propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuū ꝛ vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui solus: ꝛ de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo ꝛ cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eoꝝ sup vestimenta mea: ꝛ oia idumēta mea coinquinaui. Dies.n.vltiōis in corde meo: annus retributiōis mee venit. Circūspexi ꝛ nō erat auxiliator: q̄siui ꝛ nō erat q adiuuaret. Et saluabit mihi brachiū meū: ꝛ idignatio mea ipsa auxiliata ē mihi. Et cōculcaui pplos i furore meo ꝛ inebriaui eos in indignatione mea ꝛ detraxi in terrā virtutē eorum. Miserationum dei recordabor: laudem dn̄i super oibus q̄ reddidit nobis dn̄s deus noster.

Grad. Ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velocit̄ exaudi me. V. Saluū me fac deus quoniā itrauer̄t aque vsq3 ad aiam meā: infixus sū i limo ꝓfundi: ꝛ nō est substātia. Dn̄s vobiscū. Flectamus genua. Oratio.

Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres ptātē: cōcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis eius gratiam consequamur. Per eundem dominū.

Lectio Esaie prophete. liij.ca.

In diebus illis. Dixit isaias: Dn̄e q̄s credidit auditui nr̄o: ꝛ brachiū dn̄i cui reuelatū est? Et ascēdit sicut virgultum coram eo ꝛ sicut radix de terra sitiēti. Et nō est species ei neq3 decor. Et vidimus eū: ꝛ nō erat aspectus ꝛ desiderauimus eū despectū: ꝛ nouissimū viroꝝ: viꝝ doloꝝ: ꝛ scientē infirmitatē: ꝛ quasi abscōditus vultus eius ꝛ despectus: vnde nec reputauimus eū. Vere languores nostros ipse tulit: ꝛ dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosū ꝛ percussum a deo ꝛ humiliatū. Ipse autē vulneratus est ꝑpter iniqtates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eū: ꝛ liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus: vnusquisq3 in suam viā declinauit: ꝛ posuit dn̄s in eo iniquitates oium nostrum. Oblatus est q2 ipse voluit: ꝛ nō aperuit os suū sicut ouis ad occisionem ducetur ꝛ quasi agnus corā tondente se obmutescet ꝛ non aperiet os suū. De angustia ꝛ de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? q2 abscisus est de terra viuentium: propter scelus populi mei: percussi eum: ꝛ dabit impios pro sepultura: ꝛ diuites pro morte sua: eo ꝙ iniquitatem non fecerit: neq3 dolus fuerit in ore eius. Et domin⁹

voluit conterere euz in infirmitate. Si posuerit pro peccato aiaz suaz: videbit semē longeuū: ⁊ voluntas dñi in manu eius diriget: ꝓ eo ꝙ tradidit in morte aiaz suā: ⁊ cū sceleratis reputatus est: ⁊ ipse peccata multoꝝ tulit: ⁊ ꝓ trāsgressorib⁹ rogauit vt nō perirēt: dicit dñs ops.

Tractus. Domine exaudi oratione meā ⁊ clamor meus ad te vēiat. ℣. Ne auertas faciē tuā a me: in quacūqz die tribulor inclina ad me aurē tuā. ℣. In ǭcūqz die iuocauero te velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut i frixorio cōfrixa sunt. ℣. Percussus suz vt fenū ⁊ aruit cor meū: qr oblitus suz comedere panē meū. ℣. Tu exurgens dñe misereberis sion quia venit tēpus miserēdi eius.

¶ Passio dñi nostri iesu christi scdm lucam. xxij. capitulo.

In illo tpe: Appropinquābat dies festus azimoꝝ q dicit̄ pasca: ⁊ q̄rebāt principes sacerdotū ⁊ scribe qūo iesuz interficerent: timebāt vero plebē. Intrauit aūt sathanas in iudā q cognominabat̄ scarioth vnus de duodeciz ⁊ abijt ⁊ locutus est cū principibus sacerdotū ⁊ magistratibus quēadmoduz illū traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopōdit: ⁊ querebat opportunitatē vt traderet illuz sine turbis. Venit āt dies azimoꝝ in q̄ necesse erat occidi pasca: ⁊ misit petrū ⁊ ioānē dicēs: Eūtes parate nobis pasca vt māducem⁹. At illi dixerūt. Ubi vis parem⁹. Et dixit ad eos: Ecce itroeuntib⁹ vobis i ciuitatē occurret vobis hō amphorā aque portans: sequmini eū i domū i quā itrat: ⁊ dicetis prīfamilias dom⁹: dicit tibi magister. Ubi ē diuersoriū vbi pasca cū discipul' meis māducē: ⁊ ipse vobis ondet cenaculū magnū stratū: ⁊ ibi parate. Eūtes āt iuenerūt sicut dixit illis ⁊ parauerūt pasca. ⁊ cuz fcā eēt hora discubuit ⁊ duodeciz apli cū eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascā māducare vobiscuz añq̄z patiar. Dico.n.vob: qr ex hoc nō māducabo illud donec ipleat̄ i regno dei. Et accepto calice: gr̄as egit ⁊ dixit: Accipite ⁊ diuidite iter vos. Dico.n.vobis ꝙ nō bibā ꝺ generatiōe vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs: Hoc ē corp⁹ meū qđ ꝓ vobis tradet̄: hoc facite i meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicē postq̄z cenauit dicens: Hic est calix nouuz testamentuz in sanguine meo qui ꝓ vobis fundetur. Verūtamen ecce manus tradētis me: mecum est in mensa. Et qdē filius hominis scdm ꝙ definitum est vadit. Verūtñ ve hoi illi: ꝑ quē tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se qs esset ex eis: q hoc facturus esset. Facta est autem ⁊ cōtentio inter eos qs eoꝝ videret̄ esse maior. Dixit autem eis: Reges gentiuz dominant̄ eoꝝ: ⁊ qui potestatez habent super

eos bñfici vocant̃. Uos aũt nõ sic.
Sʒ qui maioꝛ est in vobis: fiat sic
minoꝛ: ⁊ q̄ p̄cessoꝛ est sicut mini/
strator. Nã quis maioꝛ ẽ: q̄ recũbit
an q̄ ministrat? Nõne q̄ recumbit?
Ego aũt i medio vestrũ sũʒ sicut q̄
ministrat. Uos aũt estis q̄ mãsistis
mecuʒ in tẽtationib9 meis. Et ego
dispono vobis sicut disposuit mi
hi pater meus regnuʒ: vt edatis ⁊
bibatis sup mẽsam meam in regno
meo: et sedeatis super thꝛonos iu/
dicãtes duodecim tribus isrl̃. Ait
aũt dñs simoni: Simõ. Ecce sathã
nas expetiuit vos: vt cribꝛaret sic
triticuʒ. Ego autẽ rogaui pꝛo te: vt
nõ deficiat fides tua: ⁊ tu aliquãdo
ꝯuersus cõfirma frẽs tuos. Qui di
xit ei: Domine tecum paratus sum
⁊ i carcerẽ ⁊ i moꝛtẽ ire. Et ille dixit:
Dico tibi petre: Nõ cãtabit hodie
gallus: donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis: quãdo misi vos sine pe
ra ⁊ sacculo ⁊ calciamẽtis: nũquid
aliq̄d defuit vobis? At illi dixerunt:
Nihil. Dixit ergo eis: Sʒ nũc q̄ hʒ
sacculũ tollat similiter ⁊ perã. Et q̄
nõ habet vẽdat tunicã suaʒ ⁊ emat
gladiũ. Dico eni vobis: q̄m̃ adhuc
hoc q̄d scriptuʒ est opoꝛtet ipleri in
me. Et cũ iniq̄s deputatus ẽ. Eteniʒ
ea q̄ sunt de me finẽ habẽt. At illi di
xerũt: Dñe ecce duo gladij hic. At il
le dixit eis. Satis ẽ. Et egressus ibat
scḋm ꝯsuetudinẽ in mõtẽ oliuarũ.
Secuti sũt aũt illuʒ ⁊ discipuli eius.
Et cũ puenisset ad locũ dixit eis: O
rate ne itretis in tẽtationeʒ. Et ipse
auulsus est ab eis q̄ntus ẽ iact9 la
pidis: ⁊ positis genib9 oꝛabat di/
cens: Pater si vis transfer calicem
istuʒ a me. Uerũtñ nõ mea volun/
tas: sʒ tua fiat. Apparuit autẽ illi an
gelus de celo cõfoꝛtans euʒ. Et fa/
ctus in agonia: plixi9 oꝛabat. Et fa
ctus ẽ sudoꝛ eius sicut gutte sãgui/
nis decurrẽtis i terrã. Et cuʒ surre/
xisset ab oratiõe: ⁊ venisset ad disci
pulos suos iuenit eos doꝛmiẽtes pꝛe
tristitia: ⁊ ait illis: Quid doꝛmitis?
Surgite oꝛate ne itretis i tẽtationẽ.
Adhuc eo loquente ecce turba ⁊ q̄
vocabatur iudas vnus de duodecĩ
antecedebat eos. Et appꝛopĩquit
iesu vt oscularet̃ eũ: Jesus aũt dixit
illi: Juda osculo filiũ hominis tra/
dis. Uidentes aũt hi q̄ circa ipsum
erãt q̄d futurũ erat dixerũt ei: Dñe
si pcutim9 i gladio? Et pcussit vnus
ex illis seruũ p̄ncipis sacerdotuʒ ⁊
amputauit auriculã eius dexteraʒ.
Rñdens autem iesus ait: Sinite vs
q̄ʒ huc. Et cũ tetigisset auriculã eius
sanauit euʒ. Dixit aũt iesus ad eos
qui venerãt ad se pꝛicipes sacerdo
tũ ⁊ magistrat9 tẽpli ⁊ senioꝛes: qua
si ad latronẽ existis cũ gladijs ⁊ fu/
stibus. Cũ quotidie vobiscũ fuerĩ i
templo: non extendistis manus in
me. Sed hec est hoꝛa vestra. ⁊ pote
stas tenebꝛarum. Compꝛehenden
tes autem eum: duxerunt ad domũ
pꝛincipis sacerdotũ. Petrus vero
sequebatur eũ a longe. Accenso aũt
igne in medio atrij: ⁊ circunseden/
tibus illis: erat petrus i medio eoꝝ.
Quẽ cũ vidisset ancilla q̄dã sedẽtẽ
ad lumẽ: ⁊ cũ fuisset ituita dixit: Et
hic cũ illo erat. At ille negauit eum
dicens. Mulier non noui illuʒ. Et

post pusillū alius videns eū dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo nō sum. Et interuallo facto quasi hore vnius: alius quidā affirmabat dicens: Vere ⁊ hic cum illo erat. Nā ⁊ galileus est. Et ait petrus: Homo nescio qd dicis. Et cōtinuo adhuc eo loquente: cantauit gallus. Et conuersus dn̄s respexit petrū: ⁊ recordatus est petrus verbi dn̄i quod dixerat: quia priusq̄ȝ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et viri qui tenebāt iesū: illudebāt ei: cedētes: ⁊ velauerūt eum. Et percutiebāt faciem eius: ⁊ interrogauerunt eum dicētes: Prophetiza qs est q te percussit: Et alia multa blasphemantes dicebant in euȝ. Et vt factus est dies conuenerunt seniores plebis ⁊ principes sacerdotum ⁊ scribe. Et eduxerūt illū in conciliū suū dicentes: Si tu es christus dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero nō creditis mihi. Si aūt ⁊ interrogauero non respondebitis mihi neq̄ȝ dimittetis. Ex hoc aūt erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerūt autem omnes ergo tu es filius dei: Qui ait: Vos dicitis q: ego suȝ. At illi dixerūt: Quid adhuc desideramus testimonium. Ipsi enim audiuimus ex ore eius. Et surgens omnis multitudo eoꝝ duxerunt illū ad pilatum. Ceperūt aūt accusare illum dicentes: Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā ⁊ prohibentē tributa dari cesari ⁊ dicenteȝ se christuȝ regeȝ esse. Pilatus aūt interrogauit eum dicens: Tu es rex iudeoꝝ: At ille rn̄dēs ait: Tu dicis. Ait auteȝ pilatus ad principes sacerdotum ⁊ ad turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebāt dicentes. Commouit populum docens per vniuersaȝ iudeā incipiens a galilea vsq̄ȝ huc. Pilatus auteȝ audiens galileam: interrogauit si homo galile⁹ esset: ⁊ vt cognouit ꝙ de herodis ptāte eēt remisit eū ad herodem: qui ⁊ ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu gauisus est valde: erat enim ex multo tempore cupiens videre eum: eo ꝙ audiret multa de eo: ⁊ sperabat signum aliqd ab eo fieri. Interrogauit auteȝ illum multis sermonibus. Et ipse ei nihil rn̄debat. Stabant autē principes sacerdotuȝ ⁊ scribe cōstanter accusanteȝ eū: Spreuit āt illuȝ herodes cuȝ exercitu suo. Et illusit indutuȝ veste alba: ⁊ remisit ad pilatuȝ. Et facti sunt amici herodes ⁊ pilatuȝ in ipa die: nā añ inimici erāt ad inuicē. Pilatus aūt cōuocatis principibus sacerdotū ⁊ magr̄atibuȝ ⁊ plebe dixit ad illos: Obtulistis mihi hūc hoieȝ q̄si auertentē pplȝ. Et ecce ego corā vobis iterrogās nullā cāȝ iuenio i hoie isto ex hiis i qb⁹ eū accusatis sȝ neq̄ȝ herodes. Naȝ remisi vos ad illuȝ: ⁊ ecce nihil dignū morte actū ē ei. Emēdatū ergo illuȝ dimittā: necesse āt habebat per diē festuȝ vnuȝ dimittere eis. Exclamauit āt simul vniuersa turba dicēs: Tolle hūc ⁊ dimitte nobis barrabā: q erat pp seditionē quādā factā i ciuitate ⁊ homicidiuȝ missus i

carcerē. Iterū aūt pilatus locutus ē ad illos volens dimittere iesū. At illi succlamabāt dicētes: Crucifige crucifige eū. Ille aūt tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste: Nullā cām mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū et dimittā. At illi magis instabant vocibus magnis postulātes vt crucifigeretur et inualescebāt voces eorū. Et pilatus adiudicauit fieri petitionē eorū. Dimisit aūt illis eū qui propter homicidium et seditionē missus fuerat in carcerē quē petebāt: iesum vero tradidit voluntati eorū. Et cū ducerēt eum apprehenderūt simonē quendam cirenensem veniētē de villa: et imposuerūt illi crucem portare post iesum. Sequebatur aūt illum turba multa populi et mulierū que plangebant et lamētabantur eū. Cōuersus autem ad illas iesus dixit: Filie hierusalē nolite flere sup me: sed super vos ipsas flete: et sup filios vr̄os qm̄ ecce venient dies in qbus dicēt: Beate steriles et ventres qui non genuerunt et vbera q̄ nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos: et collibus opite nos: q: si i viridi ligno hec faciunt in arido qd fiet. Ducebant̄ aūt et alij duo nequā cum eo vt interficerent̄. Et postq̄ venerūt in locum q vocat̄ caluarie ibi crucifixerūt eum et latrones vnū a dextris et alium a sinistris. Iesus aūt dicebat. Pater dimitte illis: nō eni sciunt qd faciūt. Diuidētes vero vestimēta eius miserunt sortes. Et stabat ppl's expectans et deridebāt illum principes cū eis dicētes: Alios saluos fecit: se saluū faciat: si hic est christus dei electus. Illudebant āt ei et milites accedētes et acetum offerentes illi dicebant: Si tu es rex iudeorū: saluū te fac. Erat autem et superscriptio scripta super illum litteris grecis et latinis et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es christus saluum fac temetipsum et nos. Rn̄dens aūt alter increpabat illum dicens: Neq₃ tu times deum qui in eadē dānatione es: et nos qdē iuste: nā digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum: Dn̄e memento mei dum veneris in regnū tuum. Et dixit illi iesus: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Erat autē fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersa terra vsq₃ i horā nonā: et obscuratus est sol. Deponit̄ velū. Et velum tēpli scissum est medium. Et clamans voce magna iesus ait: Pater in manus tuas comēdo spiritū meū. Et hec dicēs expirauit ✠ Uidēs aūt cēturio qd factū fuerat glorificauit deū dicēs: Uere hic hō iustus erat. Et oīs turba eorū qui simul aderāt ad spectaculum istud: et videbāt q̄ fiebant pcutiētes pectora sua reuertebant̄. Stabant autem oēs noti eius a longe: et mulieres q̄ secute erāt eum a galilea hec videntes. Hic legitur in tono euangelij.

Et ecce vir nomine ioseph q erat decurio vir bonus et iustus: hic nō ꝯsenserat ꝯsilio et actibus eorū: ab arimathia ciuitate iudee: qui

expectabat ꝛ ipse regnū dei. Hic accessit ad pilatum: ꝛ petijt corpus iesu. Et depositū īuoluit in syndone ꝛ posuit eū in monumento exciso in q̊ nōdū qsq̄ posit⁹ fuerat. Offert.

Domine exaudi orationē meā ꝛ clamor meus ad te veniat. Secre.

Uirifica nos mificos deus: vt eccl'ie tue pces: q̄ tibi grate sint pia munera deferētes: fiant expiat̃ mētibus gratiores. Per. Com. Potū meū cū fletu tēperabā: q: elauās allisisti me: ꝛ ego sicut fenum arui: tu autē dñe i eťnū pmanes: tu exurgēs misereris sion: q: venit tps miserendi ei⁹. Cōp.

Largire sensib⁹ nr̄is oēs de⁹: vt p tpalē filij tui mortē quaꝫ mysteria venerāda testantur te vitaꝫ nobis dedisse perpetuaꝫ cōfidamus. Per eun. Sup populū orō.

Respice dñe sup hāc familiam tuā, p q̄ dñs nr̄ iesus xp̄s nō dubitauit manib⁹ tradi nocentuꝫ: ꝛ crucis subire tormentuꝫ. Qui te.

¶ In cena dñi finitis horis dominus pōtifex vadat ad sacrariuꝫ cū ministris ꝛ iduat̃ ornamētis nigris stricta dalmatica cappa eiusdeꝫ coloris ibidē ꝯuenietib⁹ clericis ordinet̃ pcessio cū cruce candelabris ꝛ thuribulo pcedētib⁹: ceterisq̄ꝫ more solito subsequētibus vsq̄ꝫ in porticum basilice ante valuas principales cum silentio: ꝛ illic statione facta atq̄ꝫ penitentibus pstratis: dñs pōtifex incipiat offm̄ penitētiuꝫ. Quo icepto ꝛ ordine libri pōtificalis imposito circa orōnes ꝛ mysteria inibi faciēda itrent basilicaꝫ vbi in medio nauis ante altare scē crucis prosternant se circūquaq̄ꝫ penitētes: ꝛ fcā a pōtifice sup eis bn̄dictione ꝛ absolutiōe cū disciplina ꝛ cerimonijs scdm ritū pōtificalis reuertantur ad chorū ꝛ tūc dñs pōtifex cum ministris iduant̃ pparamētis albis: ꝛ solēnibus ꝛ missa inchoet̃. Introi.

Nos autē gl'iari opꝫ in cruce dñi nr̄i iesu christi i q̊ est salus vita ꝛ resurrectio nr̄a: p quē saluati ꝛ liberati sumus. Ps. De⁹ misereat̃ nr̄i ꝛ bn̄dicat nobis illuminet vultuꝫ suuꝫ sup nos ꝛ misereat̃ nr̄i. Gl'ia pri. Kyrie leisō. et Gl'ia i excelsis deo. dr vbi pōtifex ē p̄sens. In alijs vo locis non dr̄ Gl'ia pri. nec Gl'ia in ex. nec Credo. sꝫ Kyrie. dominicale min⁹ sine Gl'ia i ex. Orō.

Deus a q̊ ꝛ iudas pditor reat⁹ sui penā et ꝯfessiōis sue latro pmiū sūpsit: ꝯcede nob̄ tue ppitiatiōis effectū: vt sic i passione sua iesus xp̄s dñs nr̄ diuersa vtrisq̄ꝫ itulit stipēdia meritorū: ita nob̄ ablato vetustatis error̄ resurrectiōis sue gr̄aꝫ largiat̃. P eū. q̄ orō sola dicat̃. Ad corin. xi. pme eple.

Fratres: Cōuenietib⁹ vobis in vnū: iam non est dñicam cenam manducare. Unusq̄sq̄ꝫ eni suā cenā psumit ad māducādū: ꝛ ali⁹ qdē esurit: alius autē ebrius est. Nūquid domos nō habetis ad manducandū ꝛ bibēduꝫ? aut ecclesiaꝫ dei cōtēnitis: ꝛ confunditis eos qui nō habēt? Quid dicaꝫ vobis? laudo vos? i hoc nō laudo. ¶ Ego

cuiꝫ accepi a dño: qđ ꝛ tradidi vo-
bis: quoniam dominus iesus in q̄
nocte tradebať accepit panē ꝛ gra-
tias agens fregit ꝛ dixit: Accipite ꝛ
mãducate: hoc est corpus meū qđ p
vobis tradetur: hoc facite in meam
cōmemorationē. Similiter ꝛ calicē
postq̄ꝫ cenauit dicens: Hic calix no
uum testamentū est in meo sangui-
ne hoc facite quotienscūqꝫ bibetis i
meam cōmemorationem. Quotiēs
cunqꝫ eni manducabitis panē hūc
ꝛ calicem bibetis: mortē domini an
nunciabitis donec veniat. Itaqꝫ q-
cunqꝫ manducauerit paneꝫ hunc:
vel biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis ꝛ sanguinis do-
mini. Probet autē seipsuꝫ homo:
ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bi-
bat. Qui eni mãducat ꝛ bibit indi
gne: iudiciū sibi manducat ꝛ bibit:
nō diiudicās corpuꝫ dñi. ¶ Ideo
inter vos multi infirmi ꝛ imbecilleꝫ:
ꝛ dormiunt multi. Quod si nosmet
ipsos diiudicaremus non vtiqꝫ iu-
dicaremur. Dū iudicamur autem a
dño corripimur: vt nō cū hoc mun
do dānemur. Grad. Christ' fact'
est p nobis obediēs vsqꝫ ad mortē mor
teꝫ autē crucis. ℣. Propter quod ꝛ
deus exaltauit illū ꝛ dedit illi nomen
quod est sup oēm nomen. Scđꝫ ioã.

Ante diē festū pasche sci- xiij.c.
ens iesus qr venit ei' hora: vt
trãseat ex hoc mūdo ad prēꝫ: cū dile
xisset suos q erãt in mūdo in finem
dilexit eos ꝛ cena facta: cū diaboluꝫ
iaꝫ misisset in cor: vt traderet eū iu-
das simonis scariothis. Sciēs qr
oia dedit ei pať in manus: ꝛ quia a
deo exiuit ꝛ ad deuꝫ vadit: surgit a
cena ꝛ ponit vestimēta sua. Et cuꝫ
accepisset linteū pcinxit se. Deinde
misit aquã in peluim ꝛ cepit lauare
pedes discipulorꝫ: ꝛ extergere lin-
theo quo erat precinctus. Venit er
go ad simonē petrū: ꝛ dicit ei petr':
Dñe tu mihi lauas pedes? Rñdit
iesus ꝛ dixit ei: Quod ego facio tu
nescis modo: scies autem postea.
Dicit ei petrus: Non lauabis mi-
hi pedes in eternuꝫ. Respōdit ei ie
sus: Si non lauero te nō habebis
partem mecum. Dicit ei simon pe-
trus: Domine non tm̄ pedes me-
os: sed ꝛ manus ꝛ caput. Dicit ei ie
sus: Qui lotus est: non indiget ni-
si vt pedes lauet: sed est mundus
totus. Et vos mundi estiꝫ sed non
omnes. Sciebat enim quis nam
esset q traderet eū: ppterea dixit nō
estis mundi oēs. Postq̄ꝫ ergo la-
uit pedeꝫ eorꝫ: ꝛ accepit vestimēta
sua: cuꝫ recubuisset iteruꝫ dixit eis:
Scitis qđ fecerī vobis. Vos voca
tis me magr̄ ꝛ dñe ꝛ bñ dicitis: sū
eteniꝫ. Si ergo ego laui vestros pe
des dñs ꝛ magister: ꝛ vos debetis
alter alterius lauare pedes. Exēplū
enim dedi vobis vt quēadmoduꝫ
ego feci vobis: ita ꝛ vos faciatis.
Credo. dr̄ vbi psul est officians.
Offer. Protege dñe plebē tuã per si
gnū sancte crucis ab oibus insidijs ini
micorꝫ omniū: vt tibi gratam exhibea-
mus seruitutē ꝛ acceptabile tibi fiat sa-
crificium nostrum. Secreta.

Ipse tibi q̄sumus sancte pa-
ter oipotens deus: sacrificium no-
struꝫ reddat acceptū qui discipulis

suis in sui cõmemoratione hoc fie-
ri hodierna traditione monstrauit
iesus christ⁹ filius tu⁹ dñs nr̃. Qui
tecũ vi. Prefatio. Qui salutẽ. In
fra actionẽ. Cõmunicãtes. Hanc igit̃
oblationẽ. Qui pridie ꝗ̃ ꝓ nr̃a oĩũq3
salute pateretur. Post vero corpo-
ris dñi eleuationẽ ordinetur ẽt alia
processio ad sacristiam in qua sint
diaconi tres: quorum vnus portet
oleũ infirmoꝝ: alius oleũ sanctũ
⁊ tertiũ sanctũ crisma. Sint acco
liti ꝗ̃tuor ferentes desuper vexillũ
de serico quos precedant bini ⁊ bi
ni sacerdotes duodecim induti or-
namentis sacerdotalibus. Preno
tandũ tamẽ ꝗ sint cruces due qua
rũ vna ꝓcessionẽ an̄cedat reliqua
aũt retrocedat imediate ante oleũ
sanctũ ⁊ crisma: tũc oĩbus ita dis-
positis chorarij icipiãt hymnũ. O
redemptor summe carmẽ. Choro il
lud idem repetente in quolibet v̄su
sic paulatim procedẽdo a sacristia
per circuitu nauis ecclesie quousq3
puenerint an̄ altare maius vbi pre
dicta bñdicantur ⁊ ꝯpleant̃ more
solito: vt in pontificali libro pleni⁹
habet̃. Quib⁹ expeditis eo mõ quo
gressi fuerãt ad sacristiam reuertan
tur: ⁊ iterim dñs pontifex cõpleat
missã per ordinẽ vsq3 Per oĩa se-
cula seculoꝝ amẽ. Pax dñi. Et absq3
osculo dicatur Agnus dei ter: sed in
tertio Agnus dei loco. Dona nobis
pacem. dicat̃ Miserere nobis. Com.

Dñs iesus postq̃3 cenauit cũ discipu-
lis suis lauit pedes eoꝝ ⁊ ait illis: scitis
quid fecerĩ vobis ego dñs ⁊ magister:
exẽplũ dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis.

Fractis a pontifice oblatis cõmu-
nicẽt primo clerici: deinde laici: po-
stea sumat sacerdos de ipsis oblatis
duas itegras ad ꝯseruãdũ vsq3 in
parasceuen. Et finita communione
diaconus tenẽs calicẽ iuxta altare
incipiat antiphonã super ps̃. ad ve-
speras. Calicẽ salutaris accipiã ⁊ no
men dñi inuocabo. ps̃. Credidi. sine
Gloria patri. An̄. Cũ his q oderũt
pacẽ erã pacificus: cum loquebar illis:
ipugnabãt me gratis. ps̃. Ad domi
nũ cũ. An̄. Ab hoĩbus iniquis libe-
ra me dñe. ps̃. Eripe me dñe. An̄a.
Custodi me dñe a laqueo quẽ statuerũt
mihi: ⁊ a scandalis operãtiũ iniquitatẽ.
ps̃. Dñe clamaui. An̄. Cõsiderabã
ad dexterã ⁊ videbã: ⁊ nõ erat qui co-
gnosceret me. ps̃. Voce mea. sine
capitulo Rño hymno ⁊ versiculo.
Seqtur sup magt̃ an̄. Cenãtib⁹ aũt
accepit iesus panẽ: bñdixit ac fregit de
dit discipl'is suis. Finita an̄. põtife. di
cat cõplẽ.

Refecti vitalib⁹ ali-
mẽtis q̃s dñe de⁹ nr̃: vt quod
tpe nr̃e mortalitatis exequimur: imor
talitatis tue munere ꝯsequamur. p.
Et sic finit̃ missa cũ Bñdicamus
dño. Quib⁹ finitis dñs põtifex fe
rat duas de dictis oblat̃ ad sacrari
ũ sub cameroꝝ custodia q honori
fice deponat i loco mũdo. ¶ In pa
rasceue offm̃ qđ agit̃ loco misse post
nonã stantib⁹ ad altare mĩstris sub
diacon⁹ qdẽ legat ꝓphetiã hãc sine
titulo. Osee. vi.

In tribulatione sua mane consurgẽt ad me.
Venite ⁊ reuertamur ad dñm: quia
ipse cepit ⁊ sanabit nos: percutiet ⁊
curabit nos. Viuificabit nos post

duos dies:i die tertia suscitabit nos
7 viuemus i ↄspectu ei⁹:sciem⁹ seq̄
murq3 vt cognoscamus dn̄3.Qua
si diluculum p̄paratus est egressus
eius 7 veniet nobis q̄si hymber té/
poꝛane⁹ 7 serotin⁹ terre.Quid faci/
am tibi effraim:qd faciá tibi iuda?
Misericoꝛdia vr̄a q̄si nubes matuti
na:7 q̄si ros mane ptráſiens:ꝓpter
hoc dolaui i ꝓphet̄is:7 occidi eos i v̄
bis oꝛis mei.Et iudicia mea q̄si lux
egredient̄:qꝛ misericoꝛdiam volui 7
nō sacrificiū 7 sciétiá dei plus q̄3 ho
locaustū. Tractus. Dn̄e audiui au
ditū tuū 7 timui:cōsideraui opa tua 7
expaui. ℟. In medio duū aialiū inno/
tesceris:dū appꝛopinquauerit anni co/
gnosceris:du3 aduenerit tp̄s ostēderis.
℟. In eo dū ↄturbata fuerit aia mea i
ira misericoꝛdie memoꝛ eris. ℟. Deus
a libano veniet 7 sanctus de mōte vm/
bꝛoso 7 ↄdenso. ℟. Opuit celos maie
stas ei⁹ 7 laudis ei⁹ plena ē terra. Oꝛe
mus.Flectamus ge.Leuate. Orō.
Deus a q̊ 7 iudas. lxvs.vt supꝛa in
die cene.Ali⁹ subdiacon⁹ legat aliā
ꝓphetiā eodē mō sine titulo.Exo.

In diebus illis:Dixit do di.xij.c.
minus ad moysen 7 aarō i ter
ra egypti.Mensis iste vobis pꝛin
cipiū mēsiū:pꝛimus erit in mēsibus
anni .loq̄mini ad vniuersu3 cetu3 fi
lioꝝ israel:7 dicite eis:Decima die
mēsis huius tollat vnusq̄sq3 agnū
p familias 7 domos suas.Sin aūt
minoꝛ ē numerus vt sufficere possit
ad vescédū agnū:assumet vicinum
suū q ↄiūct⁹ est domui ei⁹:iuxta nu
meꝝ aiaꝝ q̄ sufficere possint ad esu3
agni.Erit autem agnus absq3 ma/
cula:masculus āniculus:iuxta quē
ritum tolletis 7 hedum:7 seruabi/
tis eū vsq3 ad q̄rtádecima3 dié mē
sis huius:imolabitq3 eū vniuersa
multitudo filioꝝ israel ad vesperā.
Et sumét de sanguine eius 7 ponét
sup vtrūq3 poste 7 in supliminari/
bus domoꝝ i qb⁹ comedét illū.Et
edent carnes nocte illa assas igni 7
azimos panes cū lactucis agresti/
bus non comedetis ex eo crudum
quid nec coctum aq̄:sed assum tm̄
igni.Caput cū pedibus eius 7 itesti
nis voꝛabitis:7 os eius non cōfri
getis nec remanebit ex eo quicquā
vsq3 mane.Si quid residuu3 fuerit
igni cōburetis:sic aūt comedetis il
lu3.Renes vestros accingetis 7 cal
ciaméta habebitis i pedibus:tené/
tes baculos in manibus 7 comede
tis festinanter.Est eni phase:idest
transitus dn̄i. Tractus. Eripe me
dn̄e ab homine malo:a viro iniquo li/
bera me. ℟. Qui cogitauerunt mali/
tias in coꝛde:tota die constituebát pꝛe
lia. ℟. Acuerunt linguas suas sicut ser
pentes:venenū aspidu3 sub labijs eoꝝ.
℟. Custodi me dn̄e de manu peccato/
ris:7 ab hoibus iniquis libera me. ℟.
Qui cogitauerunt supplátare gressus
meos abscóderūt supbi laq̄u3 mihi. ℟.
Et funes extēderūt pedib⁹ meis:iuxta
iter scādalū posuerᷣt mihi. ℟. Dixi dn̄o
deus meus es tu:exaudi dn̄e vocē oꝛa
tiōis mee. ℟. Dn̄e vt⁹ salutis mee obū
bꝛasti mihi sup caput meū i die belli. ℟.
Ne tradas me dn̄e a desiderio meo pec
catoꝛi cogitauerūt aduersu3 me:ne d̄re
linq̄s me ne vnq̄3 exaltent̄. ℟. Caput
circuitus eoꝝ laboꝛ labioꝝ ipsoꝝ opiet

eos. ℟. Verũtñ iusti cõfitebuntur noĩ tuo ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.

Deide legit passio sine titulo ⁊ salutatiõe: ⁊ ĩfra passionẽ cũ puẽtũ fuerit ad eundẽ locu3 vbi dr̃ Partiti sũt vestimẽta duo diaconi abstrahãt illos duos pãniculos q pri⁹ altari fuerãt suppositi. ioãnis. xviij. c

Egressus iesus cũ discipulis suis trãs torrẽtẽ cedron: vbi erat ortꝰ ĩ quẽ ĩtroiuit ipse ⁊ discipuli eius. Sciebat ãt ⁊ iudas q tradebat eũ locũ: qꝛ frequẽter iesus ꝯuenerat illuc cũ discipulꝭ suis. Judas ergo cum accepisset cohortẽ ⁊ a põtificib⁹ ⁊ phariseis ministros: venit illuc cũ laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Jesus itaq3 sciẽs oĩa q̃ ventura erãt sup eũ: pcessit ⁊ dixit eis: Quẽ q̃ritis? Rñderũt ei. Jesu3 nazarenũ. dicit eis iesus: Ego sum. Stabat ãt ⁊ iudas q tradebat eu3 cũ ipsis. Ut ergo dixit eis ego su3: abierũt retroꝛsu3 ⁊ ceciderũt ĩ terrã. Jterꝝ ergo interrogauit eos: Que3 q̃ritis? Jlli ãt dixerũt: Jesu3 nazarenũ. Rñdit iesus: Dixi vobis: quia ego su3. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Ut ipleret sermo quẽ dixit: qꝛ quos dedisti mihi: nõ pdidi ex ipsis quẽq̃3. Simõ ergo petrus hñs gladiũ: eduxit eũ ⁊ pcussit seruũ põtificis: ⁊ abscidit auriculã ei⁹ dexteram. Erat ãt nomẽ seruo malchus. Dixit ergo iesus petro: Mitte gladiũ tuũ ĩ vaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pr̃: nõ vis vt bibã illum? Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ mĩstri iudeoꝝ cõphẽderunt iesu3 ⁊ ligauerunt eu3 ⁊ adduxerũt eu3 ad annã primu3. Erat aũt socer caypheꝛ q erat pontifex anni illius. Erat ãt cayphas q ꝯsiliu3 dederat iudeis: qꝛ expedit vnũ hoĩe3 mori p pplõ. Seq̃batr autẽ iesum simõ petrus ⁊ alius discipulus. Discipulus aũt ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cu3 iesu ĩ atriu3 põtificis. Petrus autẽ stabat ad hostiu3 foris. Exiuit ergo discipulus alius q erat notus pontifici: ⁊ dixit ostiarie ⁊ introduxit petru3. Dixit ergo petro ancilla ostiaria: Nũqd ⁊ tu ex discipulis es hoĩs istius? Dixit ille: Non su3. Stabãt ãt serui ⁊ mĩstri ad prunas qꝛ frigus erat: ⁊ calefaciebãt se. Erat autẽ ⁊ petrus cu3 eis stans: ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogabat iesu3 de discipulis suis: ⁊ de doctrina eius. Rñdit ei iesus: Ego palã locutus su3 mundo: ego semper docui in synagoga ⁊ in tẽplo: quo oẽs iudei ꝯueniunt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Jnterroga eos q me audierũt: qd locutus sim ipsis. Ecce hi sciũt: que dixeri3 ego. Hec autẽ cu3 dixisset: vnus assistens ministroꝝ dedit alapa3 iesu dicens: Sic respondes pontifici? Rñdit ei iesus: Si male locutus sum testimonium perhibe de malo: si ãt bene: qd me cedis? Et misit eũ ãnas ligatũ ad cayphã põtificẽ. Erat ãt simõ petrus stãs ⁊ ca

lefaciēs se. Dixerūt ergo ei: Nūqd ꝛ tu ex discipulis eius es? Negauit ille ꝛ dixit: Nō sū. Dixit ei vnus ex seruis pōtificis cognat⁹ eius cuius abscidit petr⁹ auriculā. Nōne ego te vidi i orto cū illo. Iteꝝ ergo negauit petr⁹: ꝛ statī gallus cātauit. Adducunt ergo iesū a caypha in pretoriū. Erat aūt mane ꝛ ipsi non introierūt in ꝑtoriū: vt nō cōtaminarent̄ sed vt māducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras ꝛ dixit: Quā accusationē affertis aduersus hominem hunc? Responde ꝛ dixerunt ei: Si hic non esset malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit eis pilatus: Accipite eum vos: ꝛ scḋm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ei iudei: Nobis non licet interficere quēq̄: vt sermo iesu ipleret̄ quē dixit: significās qua morte eēt moritur⁹. Introiuit iteꝝ pilatus in ꝑtoriū ꝛ vocauit iesum ꝛ dixit ei? Tu es rex iudeoꝝ? Et rn̄dit iesus: A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerūt de me? Respōdit pilatus: Nunquid ego iudeus sū? Gens tua ꝛ pontifices tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Rn̄dit iesus? Regnū meū nō est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo eēt regnum meū: ministri mei vtiq̄ decertarent vt nō traderer iudeis. Nunc aūt regnū meū nō est hinc. Dixit itaq̄ ei pilat⁹: Ergo rex es tu? Rn̄dit iesus: Tu dicis q̄ rex sū ego. Et i hoc natus sum: ꝛ ad hoc veni in mūdū: vt testimōiū phibeā veritati. Ois eni q̄ ē ex veritate: audit vocē meā. Dicit ei pilatus: Quid ē veritas? Et cū hec dixisset: iteꝝ exiuit ad iudeos ꝛ dicit eis: Ego nullā iuenio in eo causā. Est aūt consuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis i pascha. Vultis ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ? Clamauerūt oēs rursū dicētes: Nō hūc: sꝫ barrabā. Erat aūt barrabas latro. Tūc ergo apprehēdit pilatus iesū: ꝛ flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis ipo suerūt capiti eius: ꝛ veste purpurea circūdederūt eū: ꝛ veniebāt ad ipsū ꝛ dicebant. Aue rex iudeoꝝ. Et dabāt ei alapas. Exiuit iteꝝ pilatus foras: ꝛ dicit eis: Ecce adduco vobis eū foras: vt cognoscatis q̄ i eo nullā causā iuenio. Exiuit ergo iesus portās spineā coronā: ꝛ purpureū vestimētū: ꝛ dicit eis pilatus: Ecce hō. Cū ergo vidissent eū pōtifices ꝛ ministri clamabant dicentes: Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatus: Accipite eū vos: ꝛ crucifigite. Ego.n. nō inuenio i eo causā. Rn̄derūt ei iudei: Nos legē habemus: ꝛ ꝑm legē debet mori: q̄ filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc sermonem: magis timuit: ꝛ ingressus est iteꝝ in pretorium: ꝛ dicit ad iesum: Vnde es tu? Iesus autem rn̄sum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus: Mihi nō loqueris? Nescis q̄ potestatem habeo crucifigere te: ꝛ potestatem habeo dimittere te? Respondit iesus: Non haberes potestatem aduersus me vllā: nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatum habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei aūt cla-

mabāt dicentes: Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Ois enim q se regē facit: contradicit cesari. Pilatus aūt cum audisset hos sermones: adduxit foras iesum: & sedit p tribunali in loco q dicitur litostratos: hebraice autem gabata. Erat autem parasceue pasce: hora quasi sexta. Et dixit iudeis: Ecce rex vester. Illi autē clamabāt: Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pilatus: Regem vestrum crucifigā? Rñderūt pontifices: Nō habemus regē nisi cesarem. Tūc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeret. Susceperunt autem iesum & eduxerunt: & baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicit calua rie locum: hebraice autē golgotha vbi eum crucifixerunt: & cū eo alios duos hinc & inde: medium aūt iesum. Scripsit autem & titulū pilatus: & posuit sup crucem. Erat aūt scriptum: Jesus nazarenus rex iudeorum. Hūc ergo titulum multi iudeorū legerūt: qa ppe ciuitatem erat locus vbi crucifixus est iesus. Erat aūt scriptum hebraice: grece: & latine. Dicebāt ergo pilato pontifices iudeorum: Noli scribere: Rex iudeorum: sz q2 ipse dixit: Rex sum iudeorum. Rñdit pilatus: Qd scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissēt eum: acceperunt vestimēta eius: & fecerunt q̄ttuor partes: vnicuiqz militi partem & tunicā. Erat aūt tunica inconsutilis desup cōtexta p totum. Dixerūt ergo ad inuicē: Non scindamus eam: sz sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura ipleretur dicēs: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & i vestem meam miserūt sortē. Et hec qdem milites fecerunt. Stabāt ergo iuxta crucem iesu mr̄ eius: & soror mr̄is eius maria cleophe: & maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem & discipulū stantem quem diligebat: dicit mr̄i sue: Mulier ecce filius tuus. Deide dicit discipulo: Ecce mater tua. & ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciens iesus: qa iam oia cō summata sunt: vt consumaretur scriptura: dicit: Sitio. Uas ergo positum erat aceto plenū: illi autē spongiā plenam aceto isopo circūponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetū: dixit: Consummatum ē. Et iclinato capite tradidit spm̄. ✠ Judei ergo qm̄ parasceue erat: vt nō remanerent in cruce corpora sabbato. (erat enim magnus dies illi sabbati) rogauerunt pilatū: vt frangerentur eorum crura & tollerent. Uenerūt ergo milites & primi qdē fregerūt crura & alterius q crucifixus ē cū eo. Ad iesum autē cū venissent vt viderunt eum iā mortuum: nō fregerunt eius crura: sed vnus militū lācea latus eius apuit & cōtinuo exiuit sanguis & aq̄. Et q vidit testimoniū perhibuit: & verum est testimonium eius: & ille scit: q2 vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hec vt scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit: Uidebunt in quē trāsfixerunt. Hic legitur euangelium sine luminaribus & incenso.

Post hec aūt rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo q esset disci-

pulus iesu: occultus autē ꝓpter me tū iudeorū: vt tolleret corpus iesu: ꝛ pmisit pilatus. Uenit ergo ꝛ tulit corpus iesu. Uenit autem ꝛ nicodemus q venerat ad iesū nocte ꝑmū: ferēs mixturā myrrhe ꝛ aloes quasi libras cētū. Acceperūt ergo corpus iesu: ꝛ ligauerunt eū lintheis cum aromatibus: sicut mos ē iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est iesus ortus: ꝛ i orto monumētū nouū: in quo nōdū positus erat qsquā. Ibi ergo ꝓpter parasceuen iudeorū: q2 iuxta erat monumentū posuerunt iesum. Lecta passiōe icipiat sacerdos oīones ꝓ varijs necessitatibus: ꝛ ad singulas dicat Flectamus ge. nisi ꝓ iudeis q2 illudēdo flexerūt christo genua.

Oremus Primo sic incipiat. dilectissimi nobis ꝓ ecclīa scā dei: vt eā deus ꝛ dñs nr̄ pacificare ꝛ custodire dignet toto orbe terrarū: subijciēs ei pricipat9 ꝛ ptātes: detq3 nobis qetā ꝛ trāqllā vitā de gētib9 glorificare deū patrē oīpotentem. Finita oīone cōtinuo sacerdos dicat Oremus. Diacon9 Flectamus ge. ꝛ tādiu clerus ꝛ ppl's genuflctēt

Omnīps sempiterne deus: q glīā tuā omnibus in xp̄o gētibus reuelasti: custodi opa misericordie tue: vt ecclīa tua toto orbe diffusa stabili fide in cōfessione tui nois pseueret. Subdiaconus dicat Leuate. ꝛ pōtifex. Per eun. Et sic fiat per oēs oratio

Oremus ꝛ nes. Pro papa. ꝓ btissimo papa nr̄o N. vt deus ꝛ dominus nr̄ q elegit eū i ordinē ep̄atus: saluū atq3 icolumē custodiat ecclīe sue scē ad regendū populū scm̄ dei. Orem9. Flectam9 ge.

Omnīps sempi Pro pontifice. terne deus cuius iudicio vniuersa fundant: respice ꝓpiti9 ad p̄ces nr̄as: ꝛ electū nob antistitē tua pietate ꝯserua: vt xp̄iana plebs q̄ tali gubernat rectore: sb tāto pontifice credulitatꝪ sue meritꝪ augeat. Leuate. Per Pro vniuersis ordinibus.

Oremus. Flectamus genua. Omnīps sempit̄ne de9 cui9 spū totū corp9 ecclīe scificat ꝛ regitur: exaudi nos ꝓ vniuersis ordinib9 supplicātes: vt grē tue munere ab oībus tibi gradib9 fidelr̄ seruat. Leuate. Per. Pro impatore.

Orem9 ꝛ ꝓ xp̄ianissimo ipatore nr̄o N. vt ds ꝛ dñs nr̄ subditas sibi faciat oēs barbaras nationes: ad veram ꝛ perpetuam pacē.

Oremus Flectamus genua. Omnīps sempiterne deus i cui9 māu sunt oīu ptātes ꝛ oīu iura regnorū: respice ad rōanū benignus iperiū: vt gētes q̄ i sua feritate ꝯfidūt potētie tue dextera cōprimāt. Leuate. p do. Pro cathecuminis.

Orem9 ꝛ ꝓ cathecumis nr̄is: vt ds ꝛ dñs nr̄ adapiat aures p̄cordiorū iporū ianuāq3 mīe: vt p lauacrū regn̄ationis accepta remissione oīu pctorū: ꝛ ipi digni iueniant in xp̄o iesu dño nr̄o. Orem9 Fle.

Omnīps sempiterne ds: q ecclīā tuam noua semper ꝓle fecundas: auge fidem ꝛ intellectum cathecuminis nostris vt renati fonte baptismatis: adoptionis tue filijs aggre

gētur. Leua. p. Pro diuersis necessitatib⁹. Orem⁹ dilectissimi nobis deū p̄rē oīpotētē: vt a cūctis mūdum purget erroribus: morbos auferat: famē depellat: apiat carceres: vincula dissoluat: pegrinātibus reditū: īfirmantibus sanitatē: nauigātibus portū salutis īdulgeat. Oremus. Flec. ge. Omps sempiterne deus mestoꝝ ꝯsolatio laborantiū fortitudo pueniāt ad te p̄ces de q̄cūqꝫ tribulatione clamātiū: vt oēs sibi in necessitatibus suis misicordiā tuā gaudeant affuisse. Leua. p. Oremus ꝛ ꝓ hereticis. Pro hereticis ꝛ scismaticis vt deus ꝛ dn̄s nr̄ eruat eos ab erroribus vniuersis: ꝛ ad scām mr̄em ecclesiā catholicā atqꝫ aplīcā reuocare digneť. Oremus. Fle. ge. Ops sempiterne de⁹: q saluas oēs ꝛ neminē vis pire: respice ad aīas diabolica fraude deceptas: vt oī heretica prauitate depo sita errātiū resipiscāt corda: ꝛ ad veritatꝭ tue redeāt vnitatē. Leuate. p. Pro iudeis. Oremus ꝛ ꝓ pfidis iudeis: vt deus ꝛ dn̄s nr̄ auferat velamen de cordibus eorū: vt ꝛ ipsi agnoscāt iesū xp̄m dn̄m nr̄m. Ore. Hic nō dr̄ Flec. ge. O p̄s sempiterne deus: q etiā iudaicā pfidiā a tua misericordia nō repellis: exaudi p̄ces nr̄as q̄s ꝓ illius ppl̄i obcecatione deferimus: vt agnita veritatꝭ tue luce q̄ xp̄s ē a suis tenebris eruant̄ p. eund. Hic nō dr̄ amē. Pro paganis. Oremus ꝛ pro paganis: vt deus ꝛ dn̄s noster auferat iniqtatem a cordibus eorū ꝛ relictꝭ idolis suis cōuertantur ad deum viuū ꝛ verum: ꝛ vnicum filiū eius iesū xp̄m deū ꝛ dn̄m nr̄m: cū quo viuit ꝛ regnat cū spū scō: p oia secula seculorum. Oremus. Flectamus ge.

Omnipotēs sempiterne deus q nō vis mortem peccatorū: sed vitā semp īqris: suscipe ꝓpitius orōnē nr̄am: ꝛ libera nos ab idolorū cultura ꝛ aggrega ecclesie tue scē ad laudē ꝛ gl̄iā nominis tui. Leuate. Per. Finitis orōnibus duo chorarij cātēt hos ℣. Popule meus qd feci tibi: aut in quo cōtristaui te rn̄de mihi qa eduxi te de terra egypti: parasti crucē saluatori tuo. Chor⁹ rn̄det sup quemlibet ℣. Pople meus cum sequētib⁹ ℣. Quia eduxi te p desertū q̄draginta ānos: ꝛ māna cibaui te: itroduxi te ī terrā satis optiā: parasti crucem saluatori tuo. ℣. Quid vltra debui facere tibi ꝛ non feci: ego quidem plantaui te vineam meam preciosissimā: ꝛ tu fctā es mihi nimis amara: aceto nāqꝫ mixto cū felle siti meā ꝓpotasti: ꝛ lācea pforasti lat⁹ saluatori tuo. Interī q̄ttuor sacerdotes induti capsulis ꝓperant ad locū vbi crux p̄parata est. Finitis v̄sib⁹ ꝛ eleuātes eā coopťā pāno serico deferāt ad altare cātādo. Agyos otheos: agyos ischyros: agyos athanatos eleyson imas. Chor⁹ ter genuflectēdo dicat. Sanctus deus: scūs fortis: sanct⁹ ꝛ imortalis miserere nobis. Idem sacerdo. Agyos. Et choro rn̄dente. Sanctus deus trina vice: ꝛ sic paulatim ꝓcedant cantando Agyos. ꝛ choro respondēte. Sanctus deus Cum autem puenerint ad dexteram altaris cornu tūc dn̄s pontifex sustentatus

a diacono et subdiacono discoope riat summitaté crucis: cantãdo sbmis sa voce. Ecce lignum crucis in quo salus mundi pepēdit. Et chorus respō deat. Uenite adorem'. Et sic fiat ad aliud cornu altaris epo discoopiē te brachiū crucis dextrū parū alti us cātet. Ecce lignū. et chorus. Ue nite. Et duz crucē ante altare detule rint tunc pontifex eam penit' disco operiat alta voce cantando: Ecce li gnum. et choro respondēte: Uenite Quo facto deponatur crux in loco congruo syndone aut serico prepa rato: deinde pontifex deponat cal ciaméta et accedat ad adorandam crucem ter genua flectēs ante crucis deosculationē: postea ministri alta ris: deinde clerus et ppl's cum maxi ma deuotione ter genibus flexis vt dictum est crucē adorēt: iterim cho rus cante psalmū. Beati imaculati in via qui ambulant in lege domini. re sumendo i qlibet versu dictā añaz. Ecce lignū. Quo dicto cātentur he añe: Dum frabicator mundi mortis suppliciū patere in cruce clamās voce magna tradidit spūm: et ecce velū tēpli diuisuz ē: monumēta apta sūt: terremo tus eni fact' est magnus qr mortez filii dī clamabat mūdus se sustinere nō pos se: apto ergo lācea militis latere crucifi xi dñi exiuit sanguis et aq̃ in redēptio nē salutis nr̄e. O admirabile pciuz cu ius pōdē captiuitas redēpta ē mūdi tar tarea: cōfracta sūt claustra iferni: apta ē nobis ianua regni. cū ℣. sequētibus.

Crux fidelis iter oēs arbor vna no bilis: nulla silua talē pfert frōde flore germine. Dulce lignū dulces cla uos dulce pōdus sustinet. Pange lin gua gloriosi pliū certaminis: et sup cru cis tropheū dic triūphuz nobilē: qua liter redēptor orbis imolatus vicerit. De parētis pthoplasti fraude facta cōdolēs: qñ pomi noxialis morsu i mor tē corruit: ipse lignū tunc notauit dāna ligni vt solueret. Hoc opus nr̄e salu tis ordo depopoposcerat: multiformis p ditoris ars vt artē falleret: et medelam ferret inde hostis vnde leserat. Quā do venit ergo sacri plenitudo tēporis: missus ē ab arce patris natus orbis cō ditor: atqz ventre virginali caro factus prodijt. Uagit infans inter arcta po situs pſepia: mēbra pānis iuoluta virgo mater alligat: et pedes manusqz crura stricta cingit fascia. Lustra sex qui iā pactā tēpus iplēs corporis: se volente natus ad hoc passioni deditus: agnus in cruce leuat imolādus stipite. Hic aceto fel arūdo sputa claui lācea: mite corpus pforat sanguis vnda pfluit: ter ra pontus astra mūdus quo lauant flu mine. Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt superni mēbra regis miti tendas stipite. Sola digna tu fu isti ferre pciū seculi: atqz portum prepa rare nauta mundo naufrago: quem sa cer cruor perunxit fusus agni corpo re. Sit pr̄i natoqz sūmo gloria cū spū sempiterne trinitati laus salus et glia q̄ creauit q̄ redemit queqz nos illuminat. Et adorata a cūctis cruce: pontifi ce i cathedra sua remanēte: ministri tollant crucem et portent in penulti mo gradu nauis ecclesie sub medio chori: vt et mulieres et q forsan ado rare non potuerunt crucē decētius

possent adorare. Et tūc ordinet pro cessio itura ad sacrariū ⁊ ēt tobaliā vno altari supponēda cum corpali vno: ad sacrariū aūt cum puenerit diaconus cum decēti reuerentia accipiat de oblatis pridie ꝯsecratꝫ duas: ⁊ ponēs sup patenā corporali paruo cooperiat: demū pparet calicē cum vino puro: cui patenā cū oblatis supponat velo serico aduolutā: ⁊ tūc subdiaconus accipiat ampuletā aq̄ munde. Quo facto reuertat pcessio ad altare hoc ordine pcedēdo: pmo enī crux cū candelabris q̄tuor ⁊ thuribulo: postea māsionarij bini ⁊ bini incedāt: postremo canonici: quos seq̄ntur ministri cum oblatis. Eundo autē cantet hec añ. humili voce: Hoc corpus quod. Et cum ad altare puenerint: subdiaconus det ampuletā aq̄ cuidam ministro: ⁊ diaconus dans calicē subdiacono tollat patenā cum oblatis et p̄sentet pōtifici nihil dicēdo. Tunc pōtifex extēso corporali ꝯponat patenā sup illud cum silētio: post hec diaconus accepto etiā a subdiacono calice det pontifici: cui imediate p̄ntetur ampuleta aq̄ vt paꝝ aque in calicē mittat nihil dicendo. Quibus expletis more solito fit incensatio a pontifice dicente. Incēsuꝫ istud a te bn̄dictum ascendat ad te dn̄e: ⁊ descēdat sup nos misericordia tua. Cum icensauit altare dicat Eleuatio manuuꝫ meaꝝ sacrificiuꝫ vespertinū: pone dn̄e custodiā ori meo: ⁊ ostiū circunstātie labijs meis: vt non declinet cor meuꝫ in verba malitie ad excusandas excusatio nes in peccatis. Postea lotis manibus inclinet se ante altare dicēs. In spiritu humilitatis. Deinde vertat se ad populum ⁊ dicat. Orate fratres ⁊ sorores. Tūc accepta oblata vna: eleuatoq̄ꝫ calice humili voce cātet. Oremus: p̄ceptis salutaribus moniti ⁊c. Et ne nos inducas in tentationē. Chorus r̄ndet. Sed libera nos a malo. Pōtifex vo sub silentio dicat. Amen. In ea autem voce q̄ dixerit Pater nr̄. q̄si in tono orōnis dicat. Libera nos q̄sumus dn̄e ⁊c petro ⁊ paulo atq̄ꝫ andrea ac btissimis hermachora ⁊ fortunato cuꝫ oībus scīs tuis ⁊c. quo finito accipiat oblatam vnā ⁊ sicut mos est frāgat eam in tres partes: ⁊ tūc eleuans parūper calicem dicat. Per oīa scl'a scl'oꝝ. Chorus r̄ndet. Amē. Pax dn̄i non dr̄: nec osculū datur. Et pontifex mittat particulā vnā in calicē nihil dicendo: sed priusq̄ā duas reliquas partes sumat ꝯmissa orōne. Dn̄e iesu xp̄e qui ex voluntate ⁊c. dicat hanc oratiōnē. Dn̄e iesu xp̄e q dixisti apostolis tuis: pacē ⁊c. cum orōne Perceptio corporis tui dn̄e ⁊c. Hic accipiat patenā cū corpore xp̄i ⁊ reuerenter dicat. Panē celestē accipiam: ⁊ nomen dn̄i inuocabo: laudās inuocabo dn̄m ⁊c. Tūc eleuās corpus domini pcutiet pectus suum dicendo ter. Dn̄e nō sum dignus ⁊c. Hic signet se cū corpore xp̄i ⁊ dicat. Corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i custodiat animam meā in vitam eternam amē. Et statim sumat corpus dn̄i deuote ⁊ reuerenť: q̄bus receptis ⁊ omissis oībus

fis oĩbus q̃ dici solẽt añ sumptionẽ calicis imediate particulã hostie cũ vino ⁊ aqua de calice recipiat nihil dicens. Facta communione vt dictũ est: Cõmunio nõ dr̃: sȝ dñs põtifex more consueto lotione facta stãs iuxta mediũ altaris ⁊ iclinans se dicat. **Q̃d ore sumpsim⁹ domie pura mente.** ⁊c̃. p̃termissis etiã orationibus. **Corp⁹ tuũ dñe. et Placeat tibi sancta trinitas** ⁊c̃. Quib⁹ completis ordinata vt prius processione ministri assumentes crucẽ ferant super altare: ⁊ dominus põtifex oblatã relictaȝ crucis pectori collocet: atq̃ purpura: vel syndone circuȝ aduoluet. Et tũc dicti ministri eleuantes eã ferant ad sepulchrũ cuȝ ꝓcessione prius ordinata sine tñ alia cruce p̃cedẽte cantando suppressa voce ℟. **Ecce quõ morit̃ iustus.** Locata aũt cruce in sepulchro clauso ostio ⁊ sub sigillo firmato: dñs pontifex aduoluat lapidẽ ad ostiũ monumẽti ⁊ inde cum sacramento iponat camerarijs on⁹ ⁊ custodiam dicte crucis atq̃ sacratissimi corporis christi vsq̃ ad resurrectionis diem. Quo facto redeunte processione ad sacrariũ cantet sub missa voce ℟. **Sepulto dño.** ibidẽq̃ cuȝ ꝑuenerit: dñs pontifex depõat p̃paramẽtũ: ⁊ interiȝ legant̃ vespere cũ. p̃s. ⁊ añis p̃cedẽtiȝ diei. Ad mag̃t añ. **Cũ ergo accepisset acetũ.** ℣. **Xp̃s sctũs.** p̃s. **Miserere.** Or̃o. **Respice q̃s dñe super hãc.**

¶ Sabbato sancto completis horis circũueniant ad sacrarium clerici: ⁊ dñs põtifex cũ ministris preparent se ornamentiȝ: ⁊ illic ordinetur processio in qua cõis ordo obseruari debet. Primo eni crux cũ duobus candelabris thuribulo ⁊ aqua sancta: deinde cereus nouus ad altare benedicendus: postea sequantur mãsionarij ⁊ canonici: deinde subdiaconus cũ granis quinq̃ thuris cereo nouo supponendis: ⁊ diaconus cum harũdine habẽte candelas tres in summitate absq̃ lumine: postremo dñs pontifex incedat. Et sic procedant vsq̃ ad locũ i quo benedicẽdus est ignis. Cũ aũt ibideȝ peruenerint: excutiatur ignis de petra. Quo accenso: pontifex illũ bñdicat hoc modo. Or̃o. **Deus mundi cõditor: auctor luminis: siderũ fabricator** vt supra cuȝ reliquis orationib⁹ sicut in põtificali de hoc agendo ponit̃. Facta autẽ bñdictione thurificetur ignis atq̃ aq̃ bñdicta aspergat̃: ⁊ tunc diaconus accendat candelas harũdini fixas: ⁊ redeunte ꝓcessiõe portet ad altare duob⁹ chorarijs hos ℣. p̃

Inuentor rutili dux cinẽtibus **bone luminis: qui certis vicibus tp̃a diuidiȝ: merso sole chaoȝ igruit horidũ: lucẽ redde tuis christe fidelibus. Quãuiȝ i numero sidere regiã lunari q̃ poli lãpade pixeris: icussu silicis lumina nos tamẽ mõstras saxigeno semine querere. Ne nesciret hõ spem sibi luminis in chr̃i solido corpore ꝯditaȝ qui dici stabileȝ se voluit petrã nostris igniculis vnde genus venit. Pinguis quos olei rore madẽtibus lichnis ac facib⁹ pascimus aridis: quin ⁊ fila fauis scirpea floreis p̃sso melle pri⁹ collita fin**

gimus. Viuax flamma viget seu caua testula: succuz lintheolo suggerit ebrio: seu pinus picem fert alimoniam: seu ceram terentem stupa calēs bibit. O res digna deus quam tibi roscide: noctis principio grex tuus offerat lucem quaz tribuis nihil preciosius luce qua reliqua premia cernimus. Choro semper in quolibet primum repetente: et cum ad altare deuenerint diaconus conscendat in altum: et tenens harundinem cum igne nouo: acolito cereum baiulante benedicenduz dicat ter alta voce. Lumen christi. Et chorus respondeat. Deo gratias. Nunc fiat cerei benedictio cantando.

Exultet iá angelica turba celorũ. Exultét diui
na mysteri a ⁊ ꝓ tanti regis victori a tuba insonet salu
ta ris. Gaude at tellus tãtis irradi ata fulgoribus:
et eterni regis splẽdore illustrata totius orbis se senti at
amisisse ca ligi nem. Letetur et mater eccle si a tanti
luminis adornata fulgoribus: et magnis populorũ vo
cibus hec aula re sul tet. Quapropter astantes vos
fratres charissimi ad tã miram sancti huius luminis clari

tatem vna mecũ queso omnipotẽtis dei misericordiaʒ
nuocate. Ut q me nõ meis meritis intra leuitarum nu
merum dignatus est aggregare: luminis sui gratiam in
fundendo : cerei huius laudẽ implere preci pi at.
Per dominũ nostrũ Jesum christũ fi lium suum: q cũ
eo viuit et regnat deus in vnita te spiritus san cti.
Per omnia se cula seculorum. Amẽ. Domin⁹
vobiscum. Sur sum corda. Grati as a gam⁹

do mino de o nostro. Uere dignū et iu stū est: inuisibilez
deuz patrē omnipotentem: filiumqꝫ eius vni gentum dominū
nostrū Jesuz christum: toto cordis ac mētis affe ctu et vocis
ministeri o per so na re. Q ui ꝓ nobis eterno pa tri ade
debitum soluit: et veteris piacu li cau ti onem pio cruo re
deter sit. H ec sunt enim festa pascha li a: in qbus verus il-
le agnus occi ditur: eiusqꝫ sanguine postes consecrantur.
H ec nox ē in q̄ primū p̄res nr̄os fili os isra el eduxisti do

mine de egypto:quos postea rubrũ mare sicco vestigi o trās
i re feci sti. H ec i gitur nox ē q̃ pecca torũ tene
bras colũne huius illuminati o ne purgauit. H ec nox
est q̃ hodie p vniuersuz mundn in christo credentes a vi tijs se
culi et caligine peccatorũ seggregatos:reddit grati e:soci at
qꝫ sanctita ti. H ec nox est in q̃ destructis vincu lis
mortis christus ab inferis victor ascen dit. N ihil eniz no
bis nasci profuit:ni si redimi profuis set. O mira

cir ca nos tu e pieta tis digna tio. O in e sti ma
bilis dilecti o charita tis: vt seruū redimeres fi li um tradi-
di sti. O be ata nox q̄ sola meruit scire tēpus et ho-
ra: in q̄ christus ab inferis resurre xit. H ec nox est de
q̄ scriptum est: et nox sicut dies illuminabitur: et nox illumi
nati o in deli ti is me is. H uius igi tur sanctifica ti o
noctis: fugat scele ra: culpas lauat: et reddit inocenti am lapsis:
et mestis leti A tiam. Fu gat o dia: cōcordi am parat: et

Hic thus ponat.
curuat impe ria. In huius igitur noctis
gra tia: su scipe sancte pater incensi huius sacrificium vesper-
tinuz qd tibi in hac cerei oblatione so lẽni p ministroꝝ ma-
nus de operibus apum sacrosancta reddit eccle si a. Sed
iã colũne huius preconia nouimus quã in honorẽ dei rutilãs
Hic cereus accendatur.
ignis accendit. Qui licet diuisus in partes mu
tuati tamẽ luminis detrimenta nõ no uit. Alitur enim liquẽ
tibus ce ris: quas in substantiã preciose huius lãpadis apis ma-

ter edu xit. O vere be a ta nox q̄ expoliauit e gy
p tios: dita uit hebre os. N ox in q̄ terre nis cele stia
iunguntur. O ramus ergo te domi ne: ut cereus iste in ho
nore nominis tui cōsecratum: ad noctis huius caliginē destru-
endā indeficiens perseue ret: atq; in odorē sua uita tis ac ce
ptus supnis luminaribus misce a tur: flāmas eius lu ci-
fer matutinus inue niat. I lle in quā lu ci ferq

K v

nescit occa sum. Ille q regressus ab inferis humano ge
neri sere nus illu xit. Precamur ergo te do mine: vt nos
famulos tuos omnem clerū et deuotissimum populū: vna cū
papa nr̄o. N. Et antistite nr̄o N. Et glori o sis
simo rege nr̄o N. quie te tēpoꝝ concessa: in his pascha
libus festis ꝯserua re digneris. Per dominum nr̄m iesum
christū filium tu um: q tecū viuit et regnat deus in vnitate spi-

Sequuntur prophetie que leguntur sine titulis. Lectio prima Genesis primo.

In principio creauit deus celum ⁊ terram. Terra autem erat inanis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erant super faciem abyssi: ⁊ spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitqꝫ deus: fiat lux: ⁊ facta est lux. Et vidit deus lucem ꝙ esset bona: ⁊ diuisit lucem a tenebris. Appellauitqꝫ lucem diem ⁊ tenebras noctem. Factũqꝫ ẽ vespere ⁊ mane dies vnꝰ. Dixit quoqꝫ deus: Fiat firmamentum in medio aq̃rum ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitqꝫ aquas que erant sub firmamento ab his que erãt super firmamentum. Et factũ est ita. Vocauitqꝫ deus firmamentum celum. Et factum est vespere ⁊ mane dies secũdus. Dixit vero deus: Congregentur aque que sub celo sũt in locum vnum: ⁊ appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam terram ꝯgregatiões qꝫ aqua appellauit maria. Et vidit deus ꝙ esset bonũ ⁊ ait. Germinet terra herbam virentem ⁊ facientem semen ⁊ lignum pomiferum faciẽs fructum iuxta genus suũ: cuius semen sit in semetipso super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem ⁊ facienten semen iuxta genus suum: lignumqꝫ faciens fructum ⁊ habens vnumquodqꝫ sementem scd̃m speciem suam. Et vidit deus ꝙ essent bonum: ⁊ factum est vespere ⁊ mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento celi: ⁊ diuidant diem ac noctem ⁊ sint in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos: vt luceant in firmamento celi ⁊ illuminent terrã. Et factum est ita: fecitqꝫ deus duo luminaria magna: lumi-

nare maius vt preesset diei ⁊ luminare minus vt preesset nocti. Et stellas: ⁊ posuit eas i firmamento celi: vt lucerent super terram ⁊ preessent diei ac nocti: ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus q̄ eēt bonum. Et factum est vespere ⁊ mane dies quartus. Dixit etiam deus: producant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile super terram: sub firmamento celi. Creauitq; deus cete grandia: ⁊ omnem animaʒ viuentem atq; motabilē quā produxerant aque in species suas ⁊ omne volatile secūduʒ genus suum. Et vidit deus q̄ esset bonum. benedixitq; eis dicens. Crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete aquas maris auesq; multiplicētur super terram. Et factum est vespere ⁊ mane dies quint⁹. Dixit quoq; deus: producat terra animam viuentem in genere suo ⁊ iumenta ⁊ reptilia: ⁊ bestias terre scd̄m species suas. Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suaʒ ⁊ iumenta: ⁊ omne reptile terre in genere suo. Et vidit deuʒ q̄ esset bonuʒ: ⁊ ait. Faciamuʒ hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram: ⁊ presit piscibus maris ⁊ volatilibus celi: ⁊ bestijs vniuerseq; terre: omniq; reptili: quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem suam. Ad imaginem dei creauit illum masculum ⁊ feminam creauit eos. Benedixitq; illis deus ⁊ ait. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: ⁊ subijcite eam: ⁊ dominamini piscibus maris ⁊ volatilibus celi: ⁊ vniuersis animantibuʒ que mouentur super terram. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omneʒ herbam afferentem semen super terram: ⁊ vniuersa ligna que habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam ⁊ cunctis animantibus terre omniq; volucri celi: ⁊ vniuersis que mouētur in terra: ⁊ in quibus est anima viuens: vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditq; deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et factum est vespere ⁊ mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi ⁊ terra ⁊ omnis ornatus eorum. Cōpleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Alie lectiones eodem modo sine titulis legant̄. Expleta autem prima lcōne pōtt sex stās p̄parat⁹ ad altare absq; salutatiōe dicat. Oremus nec Flectam⁹ genua dicatur.

Deus q mirabiliter Oratio. hoiem creasti ꝛ mirabilius re demisti da nobis q̄s contra oblecta menta pcti mētis rationi ꝑsistere: vt mereamur ꝛ ad gaudia eterna pue nirer. p. Lectio secūda. Exodi. xiiij. c.

Factū est i vigilia matutina: ꝛ ecce respiciēs dñs sup castra e gyptioꝝ p colūnā ignis ꝛ nubis: in terfecit exercitū eoꝝ ꝛ subuertit ro tas curuū: ferebanturqꝫ i ꝓfundum. Dixerūtqꝫ egyptij. Fugiamus israe lē dñs enīꝫ pugnat ꝓ eis ꝯtra nos. Et ait dñs ad moysen. Extēde manū tuā sup mare: vt reuertanť aq̄ ad egy ptios sup currus ꝛ eqtes eoꝝ. Cūqꝫ extēdisset moyses manū cōtra mare reuersum est primo diluculo ad ꝑo rem locum. Fugientibusqꝫ egyptijs occurrerūt aque: ꝛ inuoluit eos dñs in medijs fluctibꝰ. Reuersęqꝫ sūt aq̄ ꝛ operuerūt currꝰ ꝛ eqtes cūcti exer citꝰ pharaōis q sequētes ingressi fue rāt mare: nec vnꝰ qdē supfuit ex eis. Filij aūt isrl̄ per rexerūt p mediū sicci maris: ꝛ aq̄ eis erāt q̄si ꝓ muro a de xtris ꝛ a sinistris: liberauitqꝫ dñs in die illa isrl̄ de manu egyptioꝝ: ꝛ vi derunt egyptios mortuos sup littus maris ꝛ manū magnā quā exercue rat dñs sup eos. Metuitqꝫ dñm po pulus ꝛ crediderūt dño ꝛ moysi ſuo eiꝰ. Tūc cecinit moyses ꝛ filij isrl̄ car mē hoc dño ꝛ dixerūt. Tractꝰ. Cantemus dño: gl'iose eni honorificatus est: equū ꝛ ascēsorē ꝓiecit in mare: adiutor ꝛ ꝓtector factꝰ ē mihi in salutē. ℣. Hic de us meꝰ ꝛ honorificabo eū deus p̄ris mei ꝛ exaltabo eū. ℣. Dñs cōterēs bella: dñs nomē ē illi. Oremꝰ. Sine genuflexiōe.

Deus cuius antiq̄ mira Oīo. cula i ꝑsenti quoqꝫ seclo corru scare sentimꝰ: ꝑsta q̄s: vt mysteriū p qđ priorē pplm̄ ab egyptijs libera sti: hoc ad salutē gētiū p aq̄s baptis matis opereris. P dñs. Lcō tertia

Apprehēdēt se Esaie. iiij. ca. ptē mulieres viꝝ vnū in die il la dicētes: panē nr̄um cōedemus: ꝛ vestimētis nr̄is operiemur: tm̄modo inuoceť nomē tuū sup nos: aufer ob probriū nr̄um. In die illa erit germē dñi in magnificētia ꝛ i glīa: ꝛ fructꝰ terre sublimis erit exultatio his q sal uati fuerit de isrl̄. Et erit oīs q relictꝰ fuerit i siō: ꝛ residuꝰ i hierl̄m scūs voca bit: oīs q scriptꝰ ē i vita i hierl̄m cū ab luerit dñs sordē filioꝝ siō: ꝛ sangui nē filioꝝ siō ꝛ sāguinē hierl̄m lauerit de medio eiꝰ i spū iudicij ꝛ spū cōbu stiōis. Et creauit dñs sup oēm locū mōtis siō ꝛ vbi inuocatꝰ est: nubē p diē ꝛ fumum ꝛ splēdorē ignis flam mantis i nocte. Sup oēm eni glīam ꝓtectio ꝛ tabernaculū erit in vmbra culū diei ab estu ꝛ in securitatē: ꝛ in abscōsionē a turbie ꝛ a pluuia. Tra. Vinea fcā est dilecto i cornu i loco vbe ri. ℣. Et maceriā circūdedi ꝛ circunfo di ꝛ plantaui vineam soreth: ꝛ edifica ui turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodi in ea: vinea enīꝫ domini sabaoth do mus israel est. Oremꝰ. Sine genuflexiōe

Deus q nos ad celebrā Oīo. dū paschale sacrum vtriusqꝫ te stamēti paginis istruis: da nobis in telligere misericordiā tuaꝫ: vt ex pce ptiōe p̄ntiū munerꝫ firma sit expecta tio futuroꝝ. p. L. iiij. Esa. liiij.

Hec est hereditas ſuoꝝ dñi ꝛ iu

nare maius vt preesset diei ꝛ luminare minus vt preesset nocti. Et stellas: ꝛ posuit eas i firmamento celi: vt lucerent super terram ꝛ preessent diei ac nocti: ꝛ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus ꝙ eẽt bonum. Et factum est vespere ꝛ mane dies quartus. Dixit etiam deus: producant aque reptile anime viuentis: ꝛ volatile super terram: sub firmamento celi. Creauitq3 deus cete grandia: ꝛ omnem animã viuentem atq3 motabilẽ quã produxerant aque in species suas ꝛ omne volatile secũdũ genus suum. Et vidit deus ꝙ esset bonum. benedixitq3 eis dicens. Crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ replete aquas maris auesq3 multiplicẽtur super terram. Et factum est vespere ꝛ mane dies quint⁹. Dixit quoq3 deus: producat terra animam viuentem in genere suo ꝛ iumenta ꝛ reptilia: ꝛ bestias terre scd̃m species suas. Factumq3 est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas ꝛ iumenta: ꝛ omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonũ: ꝛ ait. Faciamus hominem ad imaginem ꝛ similitudinem nostram: ꝛ presit piscibus maris ꝛ volatilibus celi: ꝛ bestijs vniuerseq3 terre: omniq3 reptili: quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem ꝛ similitudinem suam. Ad imaginem dei creauit illum masculum ꝛ feminam creauit eos. Benedixitq3 illis deus ꝛ ait. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram: ꝛ subijcite eam: ꝛ dominamini piscibus maris ꝛ volatilibus celi: ꝛ vniuersis animantibus que mouentur super terram. Dixitq3 deus. Ecce dedi vobis omnẽ herbam afferentem semen super terram: ꝛ vniuersa ligna que habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam ꝛ cunctis animantibus terre omniq3 volucri celi: ꝛ vniuersis que mouẽtur in terra: ꝛ in quibus est anima viuens: vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditq3 deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bona. Et factum est vespere ꝛ mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi ꝛ terra ꝛ omnis ornatus eorum. Cõpleuitq3 deus die septimo opus suum quod fecerat: ꝛ requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Alie lectiones eodem modo sine titulis legant̃. Expleta autem prima lcõne pȯt̃ sex stãs pparat⁹ ad altare absq3 salutatiõe dicat. Oremus nec Flectam⁹ genua dicatur.

Deus q mirabiliter Oratio. hoiem creasti ꝛ mirabilius redemisti da nobis qs contra oblectamenta pcti mētis rationi psistere: vt mereamur ꝛ ad gaudia eterna puenire. p. Lectio secūda. Exodi. xiiij. c.

Factū est i vigilia matutina: ꝛ ecce respiciēs dñs sup castra egyptioꝝ p colūnā ignis ꝛ nubis: interfecit exercitū eoꝝ ꝛ subuertit rotas curruū: ferebanturq; i pfundum. Dixerūtq; egyptij. Fugiamus israelē dñs enī pugnat p eis ɔtra nos. Et ait dñs ad moysen. Extēde manū tuā sup mare: vt reuertant aq̄ ad egyptios sup currus ꝛ eqtes eoꝝ. Cūq; extēdisset moyses manū cōtra mare reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; egyptijs occurrerūt aque: ꝛ inuoluit eos dñs in medijs fluctib⁹. Reuersęq; sūt aq̄ ꝛ operuerūt curr⁹ ꝛ eqtes cūcti exercit⁹ pharaōis q sequētes ingressi fuerāt mare: nec vn⁹ qdē supfuit ex eis. Filij aūt isrl' perrexerūt p mediū sicci maris: ꝛ aq̄ eis erāt q̄si p muro a dextris ꝛ a sinistris: liberauitq; dñs in die illa isrl' de manu egyptioꝝ: ꝛ viderunt egyptios mortuos sup littus maris ꝛ manū magnā quā exercuerat dñs sup eos. Metuitq; dñm populus ꝛ crediderūt dño ꝛ moysi suo ei⁹. Tūc cecinit moyses ꝛ filij isrl' carmē hoc dño ꝛ dixerūt. Tract⁹. Cantemus dño: gl'iose eni honorificatus est: equū ꝛ ascēsorē piecit in mare: adiutor ꝛ ptector fact⁹ ē mihi in salutē. ℣. Hic deus me⁹ ꝛ honorificabo eū deus pr̄is mei ꝛ exaltabo eū. ℣. Dñs cōterēs bella: dñs nomē ē illi. Orem⁹. sine genuflexiōe.

Deus cuius antiq̄ mira- Oio. cula i p̄senti quoq; seclo corruscare sentim⁹: p̄sta qs: vt mysteriū p qd priorē ppl'm ab egyptijs liberasti: hoc ad salutē gētiū p aq̄s baptismatis opereris. P dñs. Lcō tertia

Apprehēdēt se- Esaie. iiij. ca. ptē mulieres viꝝ vnū in die illa dicētes: panē nr̄um cōedemus: ꝛ vestimētis nr̄is opiemur: tm̄modo inuocet nomē tuū sup nos: aufer obprobriū nr̄um. In die illa erit germē dñi in magnificētia ꝛ i gl'ia: ꝛ fruct⁹ terre sublimis erit exultatio his q saluati fuerit de isrl'. Et erit oīs q relict⁹ fuerit i siō: ꝛ residu⁹ i hierl'z scūs vocabit: oīs q script⁹ ē i vita i hierl'z cū ablauerit dñs sordē filioꝝ siō: ꝛ sanguinē filioꝝ siō ꝛ sāguinē hierl'm lauerit de medio ei⁹ i spū iudicij ꝛ spū cōbustiōis. Et creauit dñs sup oēm locū mōtis siō ꝛ vbi inuocat⁹ est: nubē p diē ꝛ fumum ꝛ splēdorē ignis flammantis i nocte. Sup oēm eni gl'iam ptectio ꝛ tabernaculū erit in vmbraculū diei ab estu ꝛ in securitatē: ꝛ in abscōsionē a turbie ꝛ a pluuia. Tra. Vinea fcā est dilecto i cornu i loco vberi. ℣. Et maceriā circūdedi ꝛ circunfodi ꝛ plantaui vineam soreth: ꝛ edificaui turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodi in ea: vinea enī domini sabaoth domus israel est. Orem⁹. sine genuflexiōe

Deus q nos ad celebrā- Oio. dū paschale sacrum vtriusq; testamēti paginis istruis: da nobis intelligere misericordiā tuā: vt ex pceptiōe p̄ntiū muneꝝ firma sit expectatio futuroꝝ. p. L. iiij. Esa. iiiij.

Hec est hereditas suoꝝ dñi ꝛ in

stitia eoꝝ apud me dicit dominus. Oẽs sitiẽtes venite ad aq̃s ⁊ q nõ habetis argẽtũ: ꝓperate emite ⁊ comedite. Uenite emite absq₃ argẽto ⁊ absq₃ vlla cõmutatiõe vinũ ⁊ lac. Quare appẽditis argẽtũ nõ i panib⁹ ⁊ laborẽ vestrũ: ⁊ nõ in saturitate. Audite audiẽtes me ⁊ comedite bonum: ⁊ delectabit̃ i crassitudine aĩa vr̃a. Inclinate aurẽ vr̃am ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aĩa vr̃a ⁊ feriã vobiscũ pactũ sempiternũ misericordias dauid fidelis. Ecce testẽ ppl̃is dedi eum ducẽ ac p̃ceptorẽ gẽtib⁹. Ecce gẽtem quã nesciebas vocabis: ⁊ gẽtes que nõ cognouerũt te ad te currẽt: ꝓpter dñ₃ deũ tuũ ⁊ scm̃ isrl̃ q glificauit te. Querite dñm dũ inueniri põt: inuocate eũ du₃ ꝓpe est. Derelinquat ipi⁹ viã suã. Et vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertat̃ ad dñm ⁊ miserebit̃ ei⁹: ⁊ ad deũ nr̃₃: qm̃ mult⁹ ẽ ad ignoscẽdũ. Nõ eni cogitatiões mee cogitatiões vr̃e: neq₃ vie mee vie vr̃e dic dñs: sic eni exaltabunt̃ celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a vijs vr̃is ⁊ cogitatiões mee a cogitationib⁹ vr̃is. Et quõ descẽdit hymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra nõ reuertit̃: ſ₃ iebriat terrã ⁊ īfundit eã ⁊ germinare eam facit: ⁊ dat semen serẽti ⁊ panem comedẽti: sic erit vbũ meũ qd̃ egredietur de ore meo. Nõ reuertet̃ ad me vacuũ: ſ₃ faciet q̃cũq₃ volui ⁊ ꝓsperabit̃ i his ad q̃ misi illud: dicit dñs ops. Tractus.

Attẽde celũ q̃ loquar: ⁊ audiat terra vba ex ore meo. ℣. Expectet̃ sicut pluuia eloqu₃ meu₃: ⁊ descẽdãt sicut ros verba mea: ⁊ sicut hymber sup gramia. ℣. Et sicut nix sup fenũ: q₂ nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinẽ deo nr̃o: deus vera opa eius: ⁊ oẽs vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus ⁊ sanctus dominus. Oratio.

Deus q eccl̃ia₃ tuã semp gẽtiũ vocatiõe multiplicas: ꝯcede ꝓpiti⁹: vt q̃s aq̃ baptismat̃ abluis continua ꝓtectiõe tuearis: Per. Post hãc orõnẽ imediate disponat̃ ꝓcessio itura ad fontẽ cãtãdo Tractum.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ qñ veniã: ⁊ apparebo ante faciẽ dĩ mei. ℣. Fuerũt mihi lacbryme mee panes die ac nocte: dũ dr̃ mihi p singulos dies vbi est deus tuus.

Quibus finit₃ disponat̃ ꝓcessio itura ad fõtẽ: quã p̃cedat accolit⁹ portãs crucẽ quẽ chorus cu₃ maxio ordine seq̃tur: post choru₃ duo ceroferarij: post illos duos accoliti portãtes duos magnos cereos quoꝝ vn⁹ sit benedict⁹: post illos duo accoliti crisma ⁊ scm̃ oleũ ðferẽtes: post illos subdiaconus ⁊ puer cũ thuribulo fumigãte: ⁊ post illos alij ministri quos seq̃t dñs põtifex sustẽtat⁹ a diacono ⁊ ministro: sicq₃ ꝓcedãt ad fontẽ cãtãdo tractũ. Sicut ceruus. vt dcm̃ ẽ. Quo finito circa fõtẽ icipiãt chorarij. Rex scõꝝ. vt ĩfra i vigilia pẽth. habet̃. chorus r̃ndet i q̃lʒ versu: Rex scõꝝ. His oib⁹ finit₃ icipit̃ letania p diuinoꝝ u₃ socios ðscẽdẽdo ad baptisteriũ: ibidẽ fiat circuit⁹. Et nota q̃ septies debẽt circuire fontẽ semp cãtãdo supra scriptos v̄sus. Quib⁹ finitis dñs põtifex accedat ad fontẽ tenẽtib⁹ mĩstris crucẽ cãdelabra cereos ⁊ thuribulũ añ illũ ⁊ silẽtio scõ dicat sup fontem.

Pr nr. Credo i deu3. Seqt ℣. Dñe apud te est fons vite. Et in lumine tuo videbim⁹ lumē. Dominus vobiscū. Quod nusq̄ȝ alias in hoc officio dicēdū est ℟. Et cū spū tuo. Oremus:

Omnips sempit. de⁹: adesto magne pietatis tue mysterijs adesto sacris: ⁊ ad creādū nouos ppłos: q̄s tibi fons baptismaꝭ pturit spūm adoptiōis emitte: vt qđ nře hūilitaꝭ gerēdū ē mysterijs tue v̄tutꝭ ipleat̄ affectu. Deide pōtifex aut officiās incipiat. Per oia scła scłoꝝ. vt supra in agēda p oia habet̄. Fcā autē3 bñdictiōe fonꝭ ⁊ finita letania pulsent̄ oēs cāpane. Chorarij icipiāt p missa. Kyrieleison paschale. Quo finito pontifex icipiat. Glīa in excelsis. Oratio.

Deus q hāc sacratissimā noctē glīa dñice resurrectionis illustras: ɔserua i noua familie ꝓgenie adoptiōis spm̄ quē ḋdisti: vt mēte ⁊ corpe renouati: purā tibi exhibeam⁹ seruitutē. Per eiusdē. Ad collossen fes. iij.

Frēs: Si cōsurrexistis cū chro: q̄ sursū sunt q̄rite: vbi chrs ē i ḋxtera ḋi sedēs q̄ sursū sūt sapite. nō q̄ sup terrā. Mortui eni estis: ⁊ vita vr̄a abscōdita ē cū xp̄o in deo. Cū aūt xp̄s apparuerit vita vr̄a: tūc ⁊ vos appebitꝭ cū chro i glīa. Interi ascēdāt duo chorarij i ambonē ⁊ cātēt. Alla. ℣. Cōfitemini dño qm̄ bonū i seculū misericordia ei⁹. Trac. [Lau]date dñm oēs gētes: ⁊ collaudate [eum oēs] ppłi. ℣. Quoniā ɔfirmata ē sup [nos m]isericordia eius: ⁊ veritas dñi ma[net i] eternū. Ante euāgeliū nō portet̄ [l]ux: s3 solū icēsum i ipsa nocte. S3 Nil. t. Vespe āt matth. xxviij. c.

sabbati q̄ lucessit in prima sabbati: venit maria magdalena ⁊ altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremotus fact⁹ ē magnus. Angelus eni dñi ḋscēdit de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidē ⁊ sedebat sup eū. Erat aūt aspect⁹ ei⁹ sicut fulgur ⁊ vestimētū ei⁹ sicut nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sunt custodes: ⁊ facti sūt velut mortui. Rn̄dēs aūt angelus dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio eni q iesū q crucifixus ē q̄ritꝭ: nō est hic: surrexit eni sicut dixit. Venite ⁊ videte locum vbi posit⁹ erat dñs. Et cito euntes dicite discipłis ei⁹ q surrexit: ⁊ ecce p̄cedet vos i galileā: ibi eū videbitꝭ ecce dixi vobis. Perlecto euāgelio. pōtifex dicat: Dñs vobiscū. Orem⁹. Offe.

Suscipe q̄s dñe p nō di. Secr. ces ppłi tui cū oblatiōib⁹ hostiarū: vt paschalib⁹ initiate mysterijs ad eternitatꝭ nobis medelā te operāte ꝓficiāt. Per d. Prefatio paschalis. Teqdē dñe. Cōicātes ⁊ noctē sacratissimā ⁊c. Infra actionē. Hanc igit̄. Missa pagat̄ p ordinē vsq; Pax dñi sit semp vobiscū. Chor⁹ nō rn̄det nec Agn⁹ dei: nec Com. dñr q osculū pacis nō dat̄. Sed icipiēte pōtifice cōicare chorarij incipiāt añm. Alla. ps. Laudate dñm oēs gētes. cū Glia pri. Semp repetēdo cū añā. Alla. Seqt̄ añ. Vespe aūt sabbati. sup mḡt. Et pōtifex ɔcludat officiū hac oratione. Dñs vobiscū. Orem⁹. Complēda.

Spiritum nobis dñe tue charitatꝭ ifunde: vt q̄s sacratis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate cōcordes. p dñ3. eius. Qua cōpleta dīa con⁹ dicat Bñdicam⁹ dño all' all' alla.

stitia eoꝝ apud me dicit dominus. Oẽs sitiẽtes venite ad aq̃s ⁊ q nõ habetis argẽtũ: ꝓperate emite ⁊ comedite. Venite emite absq̃ argẽto ⁊ absq̃ vlla cõmutatiõe vinũ ⁊ lac. Quare appẽditis argẽtũ nõ i panib⁹ ⁊ laborẽ vestrũ: ⁊ nõ in saturitate. Audite audiẽtes me ⁊ comedite bonum: ⁊ delectabit̃ i crassitudine aĩa vr̃a. Inclinate aurẽ vr̃am ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aĩa vr̃a ⁊ feriã vobiscũ pactũ sempiternũ misericordias dauid fidelis. Ecce testẽ pplis dedi eum ducẽ ac p̃ceptorẽ gẽtib⁹. Ecce gẽtem quã nesciebas vocabis: ⁊ gẽtes que nõ cognouerũt te ad te currẽt: ꝓpter dñm deũ tuũ ⁊ scm̃ isrl̃ q glĩficauit te. Querite dñm dũ inueniri põt: inuocate eũ dũ ꝓpe est. Derelinquat ipi⁹ viã suã. Et vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertat̃ ad dñm ⁊ miserebit̃ ei⁹: ⁊ ad deũ nr̃m: qm̃ mult⁹ ẽ ad ignoscẽdũ. Nõ eni cogitatiões mee cogitatiões vr̃e: neq̃ vie mee vie vr̃e dic̃ dñs: sic̃ eni exaltabunt̃ celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a vijs vr̃is ⁊ cogitatiões mee a cogitationib⁹ vr̃is. Et q̃mo descẽdit hymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra nõ reuertit̃: sȝ iebriat terrã ⁊ ĩfundit eã ⁊ germinare eam facit: ⁊ dat semen serẽti ⁊ panem comedẽti: sic erit v̾bũ meũ qd̃ egredietur de ore meo. Nõ reuertet̃ ad me vacuũ: sȝ faciet q̃cũq̃ volui ⁊ ꝓsperabit̃ i his ad q̃ misi illud: dicit dñs oĩps. Tractus.

Attẽde celũ q̃ loquar: ⁊ audiat terra v̾ba ex ore meo. ℟. Expectet̃ sicut pluuia eloquũ meũ: ⁊ descẽdãt sicut ros verba mea: ⁊ sicut hymber sup gramia. ℟. Et sicut nix sup fenũ: q: nomen dñi inuocabo. ℟. Date magnitudinẽ deo nr̃o: deus vera opa eius: ⁊ oẽs vie eius iudicia. ℟. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus ⁊ sanctus dominus. Oratio.

Deus q eccliã tuã semp gẽtiũ vocatiõe multiplicas: ꝯcede ꝓpiti⁹: vt q̊s aq̃ baptismatis abluis continua ꝓtectiõe tuearis: Per. Post hãc orõnẽ imediate disponat̃ ꝓcessio itura ad fontẽ cãtãdo Tractum.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. ℟. Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ q̃n veniã: ⁊ apparebo ante faciẽ dĩ mei. ℟. Fuerũt mihi lacbryme mee panes die ac nocte: dũ dr̃ mihi p singulos dies vbi est deus tuus.

Quibus finitis disponat̃ ꝓcessio itura ad fõtẽ: quã p̃cedat accolit⁹ portãs crucẽ quẽ chorus cũ maxĩo ordine seq̃tur: post chorũ duo ceroferarij: post illos duos accoliti portãtes duos magnos cereos quoꝝ vn⁹ sit benedict⁹: post illos duo accoliti crisma ⁊ scm̃ oleũ ꝯferẽtes: post illos subdiaconus ⁊ puer cũ thuribulo fumigãte: ⁊ post illos alij ministri quos seq̃t̃ dñs põtifex sustẽtat⁹ a diacono ⁊ ministro: sicq̃ ꝓcedãt ad fontẽ cãtãdo tractũ. Sicut ceruus. vt dcm̃ ẽ. Quo finito circa fõtẽ icipiãt chorarij. Rex scõꝝ. vt ĩfra i vigilia pẽth. habet̃. chorus r̃ndet i q̃lȝ versu: Rex scõꝝ. His oib⁹ finitis icipit̃ letania p duinorũ socios ꝯscẽdẽdo ad baptisteriũ: ibidẽ fiat circuit⁹. Et nota q̃ septies debẽt circuire fontẽ semp cãtãdo supra scriptos v̾sus. Quib⁹ finitis dñs põtifex accedat ad fontẽ tenẽtib⁹ mĩstris crucẽ cãdelabra cereos ⁊ thuribulũ añ illũ ⁊ silẽtio scõ dicat sup fontem.

Pr nr. Credo i deu3. Seqt ℣. Dñe apud te est fons vite. Et in lumine tuo videbim⁹ lumē. Dominus vobiscū. Quod nusq̄ alias in hoc officio dicēdū est ℟. Et cū spū tuo. Oremus:

Omnipōs sempit. de⁹: adesto magne pietatis tue mysterijs adesto sacris ꝛ ad creādū nouos ppl'os: q̄s tibi fons baptismat̄ pturit spūm adoptiōis emitte: vt qd̄ nr̄e hūilitat̄ gerēdū ē mysterijs tue vtut̄ ipleat̄ affectu. Deide pōtifex aut officiās inci piat. Per oīa scl'a sclo℞. vt supra in agēda p oīa habet̄. Fcā autē bn̄dictiōe fon꜃ ꝛ finita letania pulsent̄ oēs cāpane. Chorarij icipiāt p missa. Kyrieleison paschale. Quo finito pontifex icipiat. Glīa in excelsis. Oratio.

Deus q hāc sacratissimā noctē glīa dn̄ice resurrectionis illustras: cōserua i noua familie pgenie adoptiōis spm̄ quē dedisti: vt mēte ꝛ corpe renouati: purā tibi exhibeam⁹ seruitutē. Per eiusdē. Ad collossen. fes. iij.

Frēs: Si cōsurrexistis cū chro: q̄ sursū sunt q̄rite: vbi chrs ē i dxtera dī sedēs q̄ sursū sūt sapite. nō q̄ sup terrā. Mortui eni estis: ꝛ vita vr̄a abscōdita ē cū xpo in deo. Cū aūt xps apparuerit vita vr̄a: tūc ꝛ vos appebit̄ cū chro i glīa. Interi ascēdāt duo chorarij i ambonē ꝛ cātēt. Alla. ℣. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ i seculū misericordia ei⁹. Trac. Laudate dn̄m oēs gētes: ꝛ collaudate eū oēs ppl'i. ℣. Quoniā cōfirmata ē sup nos misericordia eius: ꝛ veritas dn̄i manet i eternū. Ante euāgeliū nō portet̄ lux: s3 solū icēsum i ipsa nocte. S3 N il.t. Vespe āt matth. xxviij. c.

sabbati q̄ lucessit in prima sabbati: venit maria magdalena ꝛ altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremotus fact⁹ ē magnus. Angelus eni dn̄i dscēdit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē ꝛ sedebat sup eū. Erat aūt aspect⁹ ei⁹ sicut fulgur ꝛ vestimētū ei⁹ sicut nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sunt custodes: ꝛ facti sūt velut mortui. Rn̄dēs aūt angelus dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio eni q̄ iesum q crucifixus ē q̄rit̄: nō est hic: surrexit eni sicut dixit. Venite ꝛ videte locum vbi posit⁹ erat dn̄s. Et cito euntes dicite discipl'is ei⁹ q: surrexit: ꝛ ecce p̄cedet vos i galileā: ibi eū videbit̄ ecce dixi vobis. Perlecto euāgelio. pōtifex dicat: Dn̄s vobiscū. Orem⁹. Offe.

Suscipe q̄s dn̄e p̄ nō dī. Secr. Preces ppl'i tui cū oblatiōb⁹ hostiarū: vt paschalib⁹ initiate mysterijs ad eternitat̄ nobis medelā te operāte p ficiāt. Per d. Prefatio paschalis. Te qdē dn̄e. Cōicātes ꝛ noctē sacratissimā ꝛc. Infra actionē. Hanc igit̄. Missa pagat̄ p ordinē vsq̄ Pax dn̄i sit semp vobiscū. Chor⁹ nō rn̄det nec Agn⁹ dei: nec Com. dn̄r q: osculū pacis nō dat̄. Sed icipiēte pōtifice cōicare chorarij incipiāt añm. Alla. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. cū Glia pr̄i. Semp repetēdo cū añā. Alla. Seqt añ. Vespe aūt sabbati. sup mgt. Et pōtifex cōcludat officiū hac oratione. Dn̄s vobiscū. Orem⁹. Complēda.

Spiritum nobis dn̄e tue charitat̄ ifunde: vt q̄s sacratis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate cōcordes. p dn̄m. eius. Qua cōpleta diacon⁹ dicat Bn̄dicam⁹ dn̄o all' all' alla.

¶ In die sctõ pasche pcessio añ missam: vt in processionali. ¶ Ad missam Introitus.

Esurrexi ⁊ adhuc
tecũ suz all'a: po/
suisti sup me ma/
nũ tuá all'a: mira
bilis facta est scië
tia tua: all'a all'a.
ps. Dñe pbasti
me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessio/
nem meá ⁊ resurrectionẽ meá. Oratio.
DEus q hodierna die p vnige
nitum tuũ eternitatis nob adi
tũ deuicta morte reserasti: vota nr̃a q̃
pueniẽdo aspiras ẽt adiuuádo pse/
quere. Per eundẽ. que oõo sola dĩ
Ad corinthi. j.v. capitolo.
FRatres: Expurgate vetus fer
mentum: vt sitis noua ɔspsio sicut
estis azimi. Eteniz pascha nr̃m imo/
latus est xp̃s. Itaqz epulemur: non
in ferméto veteri: neqz i ferméto ma
litie ⁊ neqtie: sed in azimis syncerita
tis ⁊ v̾itatis. Gra. Hec dies quá fe/
cit dñs exultemus ⁊ letemur i ea. V. Cõ
fitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ i secl'm miseri
cordia ei⁹: All'. V. Pascha nr̃m imo/
latus est chr̃s. V. Epulemur in azimis
synceritatis ⁊ veritatis. Sequentia.
LAudes saluatori voce module/
mur supplici. Et deuotis melo
dijs celesti dño iubilem⁹ messie. Qui se
ipm exinaniuit: vt nos pditos liberaret
hoies. Carne gloriá deitatis oculens
pánis tegit̃ in p̃sepi miserás p̃cepti tráf/
gressoré pulsuz patria paradisi nudulu3.
Joseph marie symeoni subdit̃: circũci/
dit̃ ⁊ legali hostia mundat̃ vt pctõr: no/
stra q solet relaxare crimina. Serui su/
bijt man⁹ baptizãdus ⁊ pfert fraudes tẽ
tatoris: fugit psequẽtiũ lapides. Famẽ
patit̃ dormit: ⁊ tristat̃ ac lauat discipulis
pedes de⁹ hõ sũmus hũilis. Sed tñ iter
hec abiecta corpis ei⁹ deitas nequaq̃3 q/
uit latere signis varijs ⁊ doctrinis pdita.
Aquá nuptijs dat saporis vinei cecos
oculos claro lumĩe vestiuit leprá luridaz
tactu fugat placito. Putres suscitat
mortuos mẽbraqz curat debilia fluxũ sá
guinis ɔstrinxit ⁊ saturauit quinqz de pa
nib⁹ qna milia. Stagnum peragrat flu
ctuans ceu siccum littus ventos sedat: li
guá reserat constrictá reclusit aures pri/
uatas vocib⁹ febres depulit. Post hec
mira miracula taliaqz. Sponte sua cõ/
prehenditur ⁊ damnat̃. Et se crucifi/
gi nõ despexit. Sed sol eius mortẽ nõ
aspexit. Illuxit dies quá fec̃ dñs: mor
tem deuastans ⁊ victor suis apparẽs de
lectoribus viuus. Primo marie debic
apostolis docẽs scripturas cor aperiens
vt clausa de ipso reserarent. Fauent
igitur resurgenti christo cuncta gaudijs
flores segetes rediuiuo fructu vernant
⁊ volucres gelu tristi terso dulce iubi/
lant. Lucent clarius sol ⁊ luna mor/
te christi turbida. Tellus herbida re/
surgenti plaudit christo q̃ tremula eius
morte se casuram minitat. Ergo die
ista exultemus qua nobis viam vite re/
surgens patefecit iesus. Astra solum
mare iocundetur et cuncti gratulentur
in celis spiritales chori trinitati. Secũ/
dum Marcum. xvj. caplm.
IN illo tpe: maria magdalene
maria iacobi ⁊ salome emerunt aro
mata: vt venientes vngerent iesum.
Et valde mane vna sabbatoruz ve
niunt ad monumentum: orto iam

sole. Et dicebāt ad inuicē: Quis re
uoluet nobis lapidē ab hostio mo
numenti? Et respicientes viderunt
reuolutū lapidem: erat quippe ma
gn⁹ valde. Et itroeūtes i monumē
tū viderūt iuuenē i dextris sedētē
coopertū stola candida: ꝛ obstupue
rūt. Qui dicit illis: Nolite expaue
scere. Jesū q̄ritis nazarenū crucifi
xum: surrexit non est hic. Ecce loc⁹
vbi posuerūt eū. Sz ite dicite disci
pulis eius ꝛ petro: q2 p̄cedet vos i
galileā: ibi eum videbitis sicut di
xit vobis. Off. Terra tremuit ꝛ qe
uit dū resurgeret in iudicio deus: all'a.
Secre. ꝛ comple. vt supra in sancta
nocte. Prefatio. Te quidem. Infra
actionem. Cōmunicantes ꝛ diem
sacr̄. Hanc igitur. Com. Pascha
nostrū imolatus est christus all'a: itaq3
epulemur i azimis sinceritatis ꝛ verita
tis all'a all'a all'a. ¶ Feria.iij. Introi.

Introduxit vos
dñs i terrā fluētē
lac ꝛ mel all'a. ꝛ
vt lex dñi sp sit i
ore vr̄o: all'a all'.
Ps. Cōfitemini
dño qm̄ bonus:
qm̄ in seculū mi
sericordia eius. Oratio.
Deus qui solemnitate pascha
li mūdo remedia cōtulisti ppl'z tuū
q̄s domine celesti dono proseque
re: vt ꝛ perfectam libertatem conse
qui mereatur: ꝛ ad vitam profici
at sempiternā. Per. que oratio so
la dr̄. Lcō actuū apostolo℞. x. cap.
In diebus illis. Stans petrus
in medio plebis dixit: Viri fra
tres vos scitis qd̄ factū est vbū per
vniuersā iudeā icipiens a galilea
post baptismū qd̄ p̄dicauit ioānes
iesū a nazareth quō vnxit eū deus
spū scō ꝛ vtute. Qui ptrāsiuit bñ
faciēdo ꝛ sanādo oēs oppressos a
diabolo qm̄ de⁹ erat cū illo: ꝛ nos
testes sum⁹ oīū q̄ fecit i regiōe iu
deo℞ ꝛ hierl'm: quē occiderūt suspē
dētes i ligno. Hūc deus suscitauit
tertia die: ꝛ dedit eū manifestū fie
ri: nō oī pplo s3 testib⁹ p̄ordinatis
a deo: nobis q māducauim⁹ ꝛ bi
bimus cū illo. Postq̄3 resurrexit
a mortuis: ꝛ p̄cepit nobis p̄dicare
pplo ꝛ testificari: q2 ipse ē q ꝯstitu
tus est a deo iudex viuo℞ ꝛ mor
tuo℞. Huic oēs ꝓphete testimoniū
phibēt remissionē pctō℞ accipe.
per nomē ei⁹ oēs q credūt in eum.
Gra. Hec dies. vt su. ℣. Dicat nūc isrl'
qm̄ bon⁹: qm̄ i seculū misericordia eius.
All'a. ℣. Angelus dñi descēdit de ce
lo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē: ꝛ sedebat
sup eū. ℣. Rn̄dēs āt āgel⁹ dixit ml'ierib⁹
quē q̄ritis? ille āt dixerūt: iesū nazarenū.
Pangam⁹ creatori at Sequētia.
q3 redēptori gl'iā. Qui bñ crea
tos s3 seductos astutia. Callidi s̄pētis
sua refecit gr̄a. Predicēs futu℞ vt ger
mē scā pferret femia. Quod hostis ātiq
nociua exuparet capita. Quo p̄mit⁹ p
uertebatur ſedens ſuper currum ſu
um legenſq; eſaiã prophetã. Dixit
autem ſpiritus philippo: Accede ⁊
adiũge te ad currum iſtũ. Accurrẽs
aũt philippus audiuit illũ legentem
eſaiã prophetã ⁊ dixit: Putas ne
intelligis q̃ legis? Qui ait: Et quõ
poſſum intelligere niſi aliquis oſtẽ
derit mihi? Rogauitq; philippum:
vt oſtenderet ⁊ ſederet ſecum. Lo
cus autem ſcripture hic erat quam
legebat. Tanq̃ ouis ad occiſionem
ductus eſt: ⁊ ſicut agnus coram tõ
dente ſe ſine voce: ſic non aperuit
os ſuum. In humilitate iudiciũ ei⁹
ſublatũ eſt: gñationẽ eius qs enar
rabit? qm̃ tolletur de terra vita eius.
Reſpondens autem eunuchus phi
lippo dixit: Obſecro te de quo pro
pheta dicit hoc? De ſe an de alio ali
quo. Aperiens aũt philippus os
ſuũ: ⁊ incipiens a ſcriptura iſta euã
gelizauit illi ieſum. Et dum irent p
viam: venerunt ad quandã aquã:
⁊ ait eunuchus: Ecce aq̃ qs ꝓhibet
me baptizari? Dixit aũt ei philippus:
Si credis ex toto corde licet. Et rñ
dẽs ait: Credo filium dei eſſe ieſum
xp̃m. Et iuſſit currũ ſtare: ⁊ deſcen
derũt vterq; in aquam philippus ⁊
eunuchus: ⁊ baptizauit eum. Cum
aũt aſcẽdiſſent de aqua: ſpiritus do
mini rapuit philippum: ⁊ amplius
nõ vidit eũ eunuchus. Ibat autem
p viã ſuã gaudẽs. Philippus aũt
inuẽtus ẽ in azoto ⁊ ptrãſiens euã
gelizauit ciuitatibus cunctis: donec
veniret ceſareã nomen dñi nr̃i ie
ſu xp̃i. Grad. Hec dies. ℣. Bñdi
ctus q venit in noĩe dñi deus dñs ⁊ illu
xit nobis. Alla. ℣. In die reſurre
ctiõis mee dic dñs pcedã vos i galileã.
Sequẽ. Pãgamus creat. vt s̃ fer. ij.
In illo tpe: Scdm ioan. xx. c.
Maria ſtabat ad monumen
tũ foris plorans: dũ ergo fleret in
clinauit ſe ⁊ proſpexit in monumẽ
tum: ⁊ vidit duos angelos in albis
ſedẽtes: vnũ ad caput ⁊ vnũ ad pe
des: vbi poſitum fuerat corpus ie
ſu: dicũt ei illi: Mulier qd ploras
dicit eis: Quia tulerũt dñm meũ ⁊
neſcio vbi poſuerunt eũ. Hec cũ di
xiſſet ɔuerſa eſt retrorſum ⁊ vidit ie
ſum ſtãtẽ ⁊ nõ ſciebat q: ieſus eſt. Di
cit ei ieſus: Mulier qd ploras? Quẽ
q̃ris? Illa exiſtimans q: ortulanus
eſſet dicit ei: Dñe: ſi ſuſtuliſti eum:
dicito mihi: vbi poſuiſti eum ⁊ ego
eũ tollã. Dicit ei ieſus: Maria: Cõ
uerſa illa: dicit ei: Rabboni: quod
dicitur magiſter. Dicit ei ieſus: No
li me tãgere: nõdũ eni aſcẽdi ad pa
trẽ meũ. Vade aũt ad frẽs meos ⁊
dic eis: Aſcẽdo ad patrem meum ⁊
patrẽ veſtrũ: deũ meũ: ⁊ deũ vr̃m.
Venit maria magdalena annũciãs
diſcipulis: q: vidi dñm ⁊ hec dixit
mihi. Offer. In die ſolẽnitatis mee
dicit dñs: iducam vos in terram fluen
tem lac ⁊ mel alleluia. Secreta.
Suſcipe qs dñe munera po
puloꝝ tuoꝝ ꝓpitius: vt in ɔfeſſio
ne tui noĩs ⁊ baptiſmate renouati
ſempiternam btitudinẽ conſequã
tur. p. Cõ. Populus acquiſitiõis an
nũciate virtutes ei⁹ allã. q vos de tene
bris vocauit i admirabile lumẽ ſuũ all.
Exaudi dñe pces. Cõplenda.
nr̃as vt redẽptiõis nr̃e ſacro

sancta cõmertia ⁊ vite nobis conferant presentis auxilium ⁊ gaudia sempiterna concilient. Per dominum. ¶ Feria sexta. Introitus.

Duxit eos dñs in spe all'a ⁊ inimicos eorũ operuit mare all'a alleluia all'a. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrã in verba oris mei. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus qui paschale sacramentũ in reconciliationis humane federe cõtulisti: da mentibus nostris: vt qđ professione celebramus imitemur effectu. per. Lcõ petri apli. j. iij. ca.

Karissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustus vt nos offerret deo: mortificatos qdẽ carne viuificatos aũt spũ. In quo ⁊ his q i carcere erãt spũ veniens pdicauit q increduli fuerant aliqñ: qñ expectabant dei patiẽtiã i diebus noe cũ fabricaret archa i q pauci idest octo aie salue facte sunt p aquã. Quod ⁊ vos nũc silis forme saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordiũ sed psciẽtie bone interrogatio in deum p resurrectionẽ dñi nri iesu chri: q est in dextera dei. Grad. Hec dies quaȝ. ℣. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes: hic fact' ẽ i caput anguli: a dño factũ ẽ illud ⁊ ẽ mirabile in oculis nris. All. ℣. Crucifix' resurrexit a mortuis.

Victime paschali laudes imolẽt chriani. Agn' redemit oues: chrs innocẽs pri recõciliauit pctores. Mors ⁊ vita duello cõflixere mirãdo: dux vite mortu' regnat viu'. Dic nobis maria qd vidisti in via? Sepulchrũ xpi viuẽtis ⁊ gliã vidi resurgẽtis. Angelicos testes sudariũ ⁊ vestes. Surrexit xps spes mea pcedet suos in galileã. Credẽdũ ẽ magis soli marie veraci q̃ȝ iudeorum turbe fallaci. Scimus xpȝ surrexisse ex mortuis vere: tu nob victor rex miserere. Scdm matt. xxviij. c.

IN illo tpe vndecim discipuli abierũt in galileã: in mõtẽ vbi pstituerat illis iesus. Et vidẽtes eũ adorauerũt: qdã aũt dubitauerũt. Et ecce dñs iesus locutus est eis dicẽs: Data ẽ mihi ois ptãs in celo ⁊ in terra. Eũtes ergo docete oẽs gentes: baptizantes eos in noie pris ⁊ filij ⁊ spũssancti: docẽtes eos seruare oia quecũqȝ mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum oibus diebus vsqȝ ad cõsummationem seculi. Offer. Erit vobis hic dies memorialis all'a ⁊ diem festũ celebrabitis solẽnẽ dño in pgenies vestras: legitimuȝ sempiternũ diẽȝ all'a all'a all'a. Secre.

Hostias qs domine placatus assume: quas ⁊ pro renatorum expiatione peccati deferimus ⁊ pro acceleratione celestis auxilij. Per. Cõmu. Data est mihi omnis potestas i celo ⁊ i terra alleluia: euntes docete oẽs gẽtes baptizãtes eos in nomine pris ⁊ filij ⁊ spũs scti; all'a all'a.

Respice quesumus Complẽ. domine populuȝ tuũ: ⁊ quem eternis dignatus es erudire mysterijs: a tpalibus culpis dignanter absolue. Per. ¶ Sabbato. Intro.

Eduxit dominus populuz suū i exultatōe all'a: ⁊ electos suos in leticia all'a all'a. Ps. Confitēini dn̄o ⁊ iuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Oratio.

Concede quesumus oṗs deus: vt qui festa paschalia venerando egimus per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. p.

Lectio petri apl'i. prima. ij. c.

Charissimi: deponentes oēm malitiā ⁊ oēm dolū ⁊ simulationes ⁊ inuidias ⁊ oēs detractiones: sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutē: si tn̄ gustatis qm̄ dulcis est dn̄s: ad quē accedentes lapidē viuuz: ab hoibus quidē reprobatuz: a deo autē electū ⁊ honorificatum ⁊ ipsi tāq̄z lapides viui sup edificamini domos sp̄uales sacerdotiū sanctū offerre sp̄uales hostias acceptabiles deo p iesum christuz: ppter qd̄ cōtinet scriptura. Ecce ponā in syon lapidē summū angularē electū preciosum: ⁊ oīs q credit in eū non ↄfundet. Uobis igit honor credētibus non credētibus aūt lapis quē reprobauerūt edificātes. Hic factus est in caput anguli ⁊ lapis offēsiōis ⁊ petra scādali his qui offendūt verbo nec credunt in quo ⁊ positi sunt. Uos aūt genus electū regale sacerdotiū: gens sctā: populus acq̄sitionis: vt virtutes eius annūcietis q de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suum q aliqñ nō populus: nunc autē populus dei: qui non ↄsecuti misericordiā nunc aūt misericordiam cōsecuti per iesuz christuz dn̄m nr̄m.

Alla. ℣. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. Alla. ℣. Laudate pueri dn̄m laudate nomē domini. ℣. Sit nomē dn̄i bn̄dictū ex hoc nunc ⁊ vsq3 in seculum. Sequentia.

Mundi renouatio noua parit gaudia: resurgenti dn̄o ↄresurgunt oīa: elemēta seruiūt ⁊ auctores sentiūt quanta sint solemnia. Ignis volat mobilis ⁊ aer volubilis: fluit aq̄ labilis: terra manet stabilis: alta petūt leuia cētrū tenēt grauia: renouāt oīa. Celū fit serenius ⁊ mare trāquillius spirat aura lenius: vallis nostra floruit: reuiuiscunt arida: recalescunt frigida: quādo ver itepuit. Gelu mortis soluit: mūdi pnceps tollit ⁊ ei⁹ destruit i nobis imperiū cuz tenet voluit i quo nihil habuit ius amisit ppriū. Uiā pbet facilē: cherubi vsatilē vt deus pmiserat āmouēdo gladiuz. Uita mortē supat hō iā recupat: q p⁹ miserat padisi gaudiū. Sm ioā. xx. ca.

In illo tp̄e: vna sabbati maria magdalena venit mane cuz adhuc tenebre essent ad monumētuz: ⁊ vidit lapidē sublatuz a monumēto. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonem petruz ⁊ ad aliuz discipulum quē amabat iesus: ⁊ dicit eis: Tulerunt dn̄m de monumento: ⁊ nescimus vbi posuerunt euz. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt ad monumētuz. Currebāt autē duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro ⁊ venit

primus ad monumẽtuȝ: ⁊ cũ se in dinasset vidit lintheamia posita: nõ tamen introiuit. Uenit ergo simon petrus sequẽs eũ: ⁊ introiuit in monumentũ: ⁊ vidit lintheamina posita ⁊ sudarium qđ fuerat super caput eius nõ cũ lintheaminibus positũ: sed separatiȝ inuolutum i vnũ locũ. Tũc ergo introiuit: ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumentuȝ ⁊ vidit ⁊ credidit. Nondũȝ eni sciebãt scripturas q: oportuit eũ a mortuis resurgere. Offer.
Benedictuȝ qui venit in nomine dñi: benediximus vos de domo dñi: deus dñs: ⁊ illuxit nobis: alla alla. Secre.
Concede q̃s oṗs deus super nos p hec mysteria paschalia gratulari: ⁊ continua nr̃e reparationis operatio ppetua nobis fiat causa salutis. p. Cõ. O ẽs qui i xp̃o baptizati estis christũ induistis alleluia.
Redẽptionis nr̃e mu Cõplẽ. nere vegetati q̃ȝ dñe: vt in hoc perpetue salutis auxilio fides semp vera pficiat. Per. ¶ De btã virgine infra pascha. Oratio.
Deus q p gloriosã resurrectionẽȝ vnigeniti filij tui domini nr̃i iesu christi familiam tuã letificare dignatus est: p̃sta q̃s: vt p eius venerabilẽ genitricẽ virginẽ mariã ppetue vite gaudia cõsequamur. Per.
Auxilieť nobis dñe Secreta. q̃s vnigeniti tui resurrectio ⁊ munera q̃ tibi offerimus beate marie virginis interuentiõe dicare digneris. Per eundeȝ. Complenda.
Hujus nos dñe q̃s sacri acceptio ptegat: ⁊ gloriosa beate marie genitricis oĩo filium tuũ placare dignetur: q victor ab inferȝ resurrexit iesus christus dñs nr̃. Qui tecũ vi. ¶ De oĩbus sanctis. Orõ.
Omñs sempiterne deus: deduc nos ad societateȝ celestiũ gaudiorũ: vt spũ scõ renatos regnũ tuũ facias introire: atq; eo pueniat humilitas gregis q̊ pcessit celsitudo pastoris q. Sec.
Presta nob oṗs ⁊ mĩsicors de᷒ vt i resurrectiõe dñi nr̃i iesu chr̃i cũ oĩb᷒ scis pcipiamus vaciter portioneȝ. Qui. Cõplen.
Repelle dñe ꝯscriptuȝ pctĩ lege chirographuȝ: qđ in nobis paschali mysterio per resurrectioneȝ filij tui euacuasti. Qui te. In octa. pasche agiť offm̃ sic in die scõ. Offm̃ vero seq̃ns iponať. ¶ Feria.ij. Introi.
Quasi mõ geniti infantes alleluia: rõnabiles sine dolo lac ꝯcupiscite. alľ. alľ. alla.
Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.
Presta q̃s oṗs deus: vt qui festa paschalia peregimus hec te largiente moribus ⁊ vita teneamus. Per do. Ab hac die vsq; ad ascensionẽ dieb᷒ feriatis post orationeȝ diei fit cõmemoratio de beata maria: ⁊ de oĩbus sanctis. Lectio epistole beati Joannis apostoli. v. cap.
Carissimi: Omne qđ natũ est ex deo vincit mundũ. Et hec est victoria q̃ vincit mũdum fides nostra. Quis est aũt qui vincit mũduȝ nisi q credit qm̃ iesus est filius dei. Hic est qui venit per aquã ⁊ sanguinẽ iesus chr̃s. Non in aqua so-

lū: sed in aqua ⁊ sanguine: ⁊ spūs est q testificat̄: qm̄ chr̄s est veritas: qm̄ tres sunt q testimoniū dant i celo: pater verbū ⁊ spiritussc̄us: ⁊ hi tres vnū sunt. Et tres sunt q testimoniū dant in terra: spūs aqua ⁊ sanguis: ⁊ hi tres vnū sunt. Si testimonium hoīum accipimus: testimonium dei maius est: qm̄ hoc ē testimoniū dei: qd̄ maius ē q₂ testificatus ē de filio suo. Qui credit i filiū dei: habet testimonium dei in se. All'a. ℣. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorum suorum: ⁊ dixit: pax vobis. All'a. ℣. Surrexit pastor bonus qui posuit animā suam pro ouibus suis: ⁊ pro suo grege mori dignatus est. p̄dictus versus cū All'a scʒ Surrexit pastor bonus: dicit quottidie vsq₃ ad ascēsionē dn̄i tā diebus festiuis q̄₃ feriatis pro secundo All'a. Nota q̄ sequētia. Victime paschali. dicitur singulis diebus dn̄icis ⁊ festiuis: vbi ppria nō ē signata vsq₃ ad ascensionē. Scd̄m ioanē. xx. ca.

Cum esset sero die illa vna sabbatorum: ⁊ fores essent clause vbi erāt discipuli cōgregati propter metū iudeorum: venit iesus ⁊ stetit in medio ⁊ dicit eis: Pax vobis. Et cū hec dixisset: ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dn̄o: dixit ergo eis iterū: pax vobis. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hec cum dixisset: insufflauit ⁊ dicit eis. Accipite sp̄m sanctū: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta sunt. Thomas aūt vnus ex duodecim qui dicitur dydimus: non erat cū eis qn̄ venit iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli: Vidimus dn̄m. Ille aūt dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum. Et mittā digitū meū in locum clauorum: ⁊ mittā manum meā in latus eius: nō credam. Et post dies octo iterum erāt discipuli eius intus ⁊ thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis. Et stetit in medio ⁊ dixit eis Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc: ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Respōdit thomas ⁊ dixit ei: Dominus meus ⁊ deus meus. Dicit ei iesus: Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Multa quidem ⁊ alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: q₂ iesus est christus filius dei: ⁊ vt credētes vitam habeatis in nomine eius.

Offerto. Angelus dn̄i. lxxviij. Require feria. ij. pasche. Secre.

Suscipe q̄s̄umus dn̄e munera exultantis ecclesie: ⁊ cui causam tanti gaudij prestitisti: perpetuum fructum concede letitie. Per. Cō.

Mitte manū tuā ⁊ cognosce loca clauorum all'a: ⁊ noli esse icredulus sed fidelis alleluia alleluia. Cōplēda.

Quesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: ⁊ presens nobis remedium esse facias ⁊ futurum. Per.

¶ De lancea domini. Introitus.

Foderūt manus meas: ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ⁊ sicut aqua effusus suȝ all'. all'. ps. Factuȝ est coꝛ meū tanq̄ȝ cera liq̄scēs i medio ventris mei.

Oro. Deus qui ꝓ salute mūdi passus es: ⁊ de coꝛde tuo aquā ⁊ sanguinē p lanceam militis emanare fecisti: cōcede ꝓpitius: vt sacratissimi coꝛpoꝛis tui venerāda pfossio: peccatoꝛuȝ nostroꝝ sit plenaremissio. Qui tecū viuit. Lectio Zacharie prophete. xij. capitu.

Hec dicit dn̄s: Effundā super domum dauid: ⁊ super omnes habitatoꝛes hierusalē: spm̄ grē ⁊ p̄cū: ⁊ aspiciēt ad me queȝ crucifixerūt. Et plangent euȝ planctu quasi vnigenitum: ⁊ dolebūt super eum sicut doleri solet in moꝛte pꝛimogeniti. In die illa magnus erit planctus in hierusalem: sicut planctus ad remon in campo magedon. Et plangent eū familie terre ⁊ familie seoꝛsum. Familie domus dauid seoꝛsuȝ: ⁊ mulieres eoꝝ seoꝛsuȝ. Familie domus nathan seoꝛsuȝ: ⁊ mulieres eorū seoꝛsuȝ. Familie domus leui seoꝛsum: ⁊ mulieres eoꝝ seoꝛsum. Oēs familie relique: familie ⁊ familie seoꝛsum: ⁊ mulieres eoꝛum seoꝛsum. In illa die erit fons patens domui dauid: ⁊ habitantibus hierusalem in ablutionem peccatoꝛum ⁊ menstruate. Et dicetur ei: Quid sunt plage iste in medio manuum tuaruȝ. Et dicetur his: Plagatus suȝ in domo eoꝛuȝ qui diligebant me. Framea suscitare super pastoꝛē meum: ⁊ sup viꝝ coherētem mihi. Dicit dn̄s exercituū. Percute pastoꝛē ⁊ dispergentur oues gregis. All'. ℣. Angelus dn̄i michael descendet de celo: ⁊ apparebit cuȝ gloꝛiosis isignijs ⁊ laudibus dn̄ice resurrectionis. All'. Surrexit pastoꝛ bo. lxxxi. Sequētia.

Hodierne festum lucis: ⁊ solēnis vite ducis: ꝓ victrici lācea. De cantemus laudes ei: quem transfixit vice rei. hec salutis framea. Omnis vtriusq̄ȝ sexus: te stringebat culpe nexus: ⁊ moꝛtis angustia. Psalle illi qui resoluit: culpaȝ penam pro te soluit: vite dans remedia. Aue ferruȝ triumphale: intrans pectus tu vitale: celi pandis hostia. Fecundata tu cruoꝛe: felix hasta nos amoꝛe: ꝓ victrici saucia. Florens cruoꝛ quem fuderunt: artus christi quos foderunt: clauoꝝ fixoꝛia. Fusa per te ac rigata: ac p clauos solidata: nostra sint p̄coꝛdia. Salue iesu nazarene: tu ꝓ nobis moꝛtis pene: affectus iniuria. Placa patrem maiestatis: vt in euum cum beatis: nos coꝛonet gloria. Secūduȝ ioannē. xix. cap.

In illo tp̄e: Rogauerunt iudei pilatū: vt frangerentur eoꝝ crura ⁊ tollerent̄. Venerunt ergo milites: ⁊ pꝛimi q̄dē fregerunt crura ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum vero cū venissent: vt viderunt eū iā moꝛtuū: nō fregerūt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aq̄. Et q vidit testimonium ꝑhibuit ⁊ verum est testimonium

eius: et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enim hec vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Uidebunt in quem transfixerunt. Credo. Offer. Uiderunt in quem transfixerunt. dum mouerentur fundamenta terre: sol obscuratur corpora sanctorum de monumentis resurgerent et crux eum gemmis clauorum per vniuersum mundum radiaret alleluia. Secreta.

Sanctificet nos quesumus domine deus hoc sanctum et immaculatum sacrificium vespertinum: quod vnigenitus filius tuus in cruce obtulit pro salute mundi oblationem nouam quam totus mundus contremuit et expauit. Per eun. Prefa. Qui salutem. Com. Apprehende arma et scutum clauos et lanceam domine: et dic anime mee salus tua ego sum alleluia. Complen.

Domine iesu christe qui temetipsum in cruce holocaustum immaculatum deo patri spontaneum obtulisti quesumus: vt eiusdem sacrificij quod perfecimus oblatio veneranda indulgentiam nobis obtineat: et gloriam sempiternam. Per eundem.

Feria quarta ad hebreos. xiij.c.

Fratres: Obedite prepositis vestris et subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant et non gementes: hoc autem expedit vobis: orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus: beneuolentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti eterni: dominum nostrum iesum christum: aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatem eius faciens in vobis quod placeat coram se: per iesum christum cui est gloria in secula seculorum amen. Scdm marcum. xvj.c.

In illo tempore: Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus et illi audientes quia viueret: et visus esset ab ea non crediderunt. Post hec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie: euntibus in villam: et illi euntes nunciauerunt ceteris.

Feria sexta ad thimo. vj. capitu.

Karissimi: Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere: neque sperare in incerto diuitiarum sed in domino qui prestat nobis omnia habunde ad fruendum bene agere: diuites fieri in omnibus opibus bonis facile tribuere communicare thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: vt apprehendant veram vitam. O thimothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates et oppositiones falsi nominis scientie: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia domini tecum amen. Scdm matt. xxviij.c.

In illo tempore. Exierunt mulieres de monumento cum timore et gaudio magno: currentes nunciare discipulis iesu. Et ecce iesus occurrit illis dicens. Auete. Illi autem accesserunt et tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum. Tunc ait illis iesus: Nolite

timere. Ite nūciate fratribus meis vt eant in galileā ibi me videbunt: Que cū abijssent: ecce qdam de cu/stodibus venerunt in ciuitatē ⁊ nūciauerūt principibus sacerdotū oīa q̄ facta fuerāt. Et cōgregati cum se/nioribus: consilio accepto pecuniā copiosā dederūt militibus dicētes: Dicite q: discipuli eius nocte venerunt ⁊ furati sunt eum nobis dor/mientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside nos suadebimus ei: ⁊ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti ⁊ diuulgatum est verbū istud apud iudeos vsq₃ in hodiernum diem.

¶ Dn̄ica. ij. post pascha. Introitus.

isericordia dn̄i plēa ē terra all'a. verbo dī celi firmati sūt all'. all'. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus q in filij tui humilitate iacētem mundū erexisti: fidelibus tuis ppetuā concede letitiā: vt quos a perpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs facias perfrui sempiternis. Per. que orō sola dicit.

Lectio petri apostoli. prime. ij. cap.

Charissimi: Christus passus ē pro nobis: vobis relinqns exemplum: vt sequamini vestigia eius qui peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius: q cum malediceret: nō maledicebat. Cum pateretur nō comminabat. Tradebat aūt iudicāti se iniuste: q peccata nr̄a ipse ptulit in corpore suo sup lignū: vt peccatis mortui iustitie viuam⁹ cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errātes: sed cōuersi estis nūc ad pastorem ⁊ epm aiarum vestrarū. All'a. ℣. Ego sum pastor bonus: q pasco oues meas. All'a Surrexit pastor bo. lxxj. Scd̄m ioan. x. ca.

In illo tpe: Dixit dn̄s iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus: bonus pastor aīam suam dat pro ouibus suis: mercenarius aūt: ⁊ q nō est pastor cui⁹ nō sunt oues ꝓprie: videt lupū venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lup⁹ rapit ⁊ dispgit oues. Mercennarius aūt fugit: q: mercenarius est: ⁊ non pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ co/noscūt me mee. Sicut nouit me pr: ⁊ ego agnosco patrem: ⁊ aīam meam pono ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem me/am audient ⁊ fiet vnū ouile ⁊ vnus pastor. Off. Deus de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo: ⁊ ī noīe tuo leuabo manus me⁹ all'.

Benedictionē Secre. nobis dn̄e cōferat salutarem hec sacra semp oblatio: vt qđ agit mysterio vtute pficiat. p. Cō. Ego sum pastor bonus all'. ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee: all'a all'a.

Presta nobis ops de⁹: Cōpl. vt viuificatiōis tue grām cō/sequētes: in tuo semp munere glo/riemur. Per. ¶ Feria qrta. Lectio epistole beati petri apostoli. j. cap. j.

Charissimi: Scietes q non corruptibilibus argento vel au

ro redēpti estis de vana vrā conuer
satione prīne traditionis: sꝫ p̄cioso
sanguine quasi agni incontamina-
ti ꝛ immaculati iesu christi. Preco
gniti quidem ante mundi constitu
tionem manifestati autem nouissi-
mis tpibus: propter vos qui p ip-
sum fideles estis in deo: qui suscita
uit eum a mortuis: ꝛ dedit ei gliaꝫ:
vt fides vrā ꝛ spes eēt in deo. Aiaꝫ
vestras per spm̄ castificātes in obe
diētia charitatis: i fraternitatꝫ amo
re simplici ex corde inuicem diligi-
te attentiuꝫ renati nō ex semine cor
ruptibili per verbum dei viui ꝛ p
manentis in eternum: quia omnis
caro fenuꝫ: ꝛ oīs gloria eius tanq̄ꝫ
flos feni. Exaruit fenum ꝛ flos eiꝰ
decidit: verbum aūt domini manet
in eternum. Scdm lucā. xxiiij. capi.

In illo tpe: vna sabbati valde
diluculo venerunt mulieres ad
monumentum: portantes que pa-
rauerant aromata ꝛ inuenerunt la
pidē reuolutū a monumento: ꝛ in-
gresse non inuenerūt corpus domi
ni iesu. Et factū est dum mēte essent
cōsternate de isto: ecce duo viri ste-
terunt secus illas in veste fulgenti.
Cum timerent aūt ꝛ declinarēt vul
tum in terrā dixerūt ad illas. Quid
queritis: viuentem cum mortuis.
Non est hic sed surrexit. Recorda
mini qualiter locutus est vobiꝫ: cū
adhuc in galilea eēt dicens: Quia
oportet filiū hōis tradi in manꝰ ho
minū peccatorꝝ ꝛ crucifigi: ꝛ tertia
die resurgere: ꝛ recordate sunt ver-
borꝝ eius: ꝛ regresse a monumento:
nunciauerunt hec omnia illiꝫ vnde
cim ꝛ ceteris omnibus. Erat auteꝫ
maria magdalena ꝛ ioanna ꝛ ma-
ria iacobi ꝛ cetere que cum eiꝫ erāt:
que dicebant ad apostolos hec: et
visa sunt ante illos sicut deliramen-
tum verba ista. Et nō credebāt illiꝫ.
Petrus autē surgens cucurrit ad
monumentū ꝛ ꝓcūbens vidit lin-
theamina posita sola: ꝛ abijt secuꝫ
mirās qḋ factū fuerat. ¶ Feria. iiij.
ad roma. xv. c.

Fratres: Certus suꝫ ego ipse de vobiꝫ: qm̄
ꝛ ipsi pleni estis dilectiōe repleti oī
scientia: ita vt possitis alterutrū ma
nere. Audacius auteꝫ scripsi vobis
frēs ex parte tanq̄ꝫ in memoriā vos
reducens propter gratiam que da
ta est mihi a deo: vt sim minister ie-
su christi ingentibus: sanctificans
euangelium dei: vt fiat oblatio gen
tium accepta: ꝛ sanctificata in spiri
tu sancto. Habeo igitur gloriam in
christo domino nostro: Scdm mat
thē. ix. c.

In illo tpe: Accesserūt
ad iesum discipuli ioannis di-
centes: Quare nos ꝛ pharisei ieiu-
namus frequēter: discipuli aūt tui
non ieiunāt: Et ait illis iesus: Nun
quid possunt filij sponsi lugere: q̄ꝫ
diu cum illis est spōsus: veniet autē
dies cum auferet ab eis sponsus: ꝛ
tunc ieiunabunt. Nemo eni immittit
cōmissurā pāni rudis: in vestimen-
tum vetus. Tollit eni plenitudineꝫ
eius a vestimēto ꝛ peior scissura fit:
neqꝫ mittūt vinū nouū in vtres ve-
teres: alioqn rūpunt vtres ꝛ vinuꝫ
effunditur: ꝛ vtres pereunt: sed vi-
num nouuꝫ in vtres nouos mittūt
ꝛ ābo ꝯseruant. ¶ Dn̄ica. iij. Intr.

Iubilate deo oĩs terra alł. psalmũ dicite noi ei⁹ alł. date glřiam laudi eius alł.alł.alła. ps. Dicite deo q̃3 terribilia sunt opera tua domine in multitudine virtutis tue. Oro.

Deus q errantib⁹ vt in viam possint redire iustitie: veritatis tue lumẽ oñdis: da cũctis q xpiana pfessiõe censent: ⁊ illa respuere que huic inimica sũt noi ⁊ ea q̃ sũt apta sectari. Per dominu3 nostrũ. Lectio epistole beati petri apłi.j.ij.cap.

Carissimi: Obsecro vos tanq̃3 aduenas ⁊ pegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs q̃ militãt aduersus aiam: conuersatione3 vrãm iter gentes hñtes bonã: vt in eo qd detractant de vobis tanq̃3 de malefactoribus ex bonis opib⁹ vos considerantes glřificent deu3 in die visitationis. Subiecti igitur estote oi humane creature pter deum: siue regi q̃si pcellẽti siue ducib⁹ tanq̃3 ab eo missis: ad vindictã malefactorum laudẽ vo bonorum: q̃r sic est voluntas dei vt bñfaciẽtes obmutescere faciatis iprudẽtiũ hoium ignorantiã q̃si liberi: ⁊ nõ q̃si velamẽ habẽtes malitie libertatẽ: sz sicut serui dei. Oẽs honorate: fraternitatẽ diligite deu3 timete: regẽ honorificate: serui subditi estote in oi timore dñis nõ tm̃ bonis ⁊ modestis: sed etia3 discolis. Hec ẽ eni grã i chřo iesu dño nřo. Alła. V. Modicũ ⁊ nõ videbitis me: ⁊ ite3 modicũ ⁊ videbitis me. All. surrexit pastor bo. lxxxj. Scd3 ioãnẽ. xvj.c.

In illo tpe: dixit dñs iesus discipulis suis: Modicu3 ⁊ iã nõ videbitis me: ⁊ ite3 modicũ ⁊ videbitis me q̃r vado ad prẽm. Dixerũt ergo qdã ex discipulis eius ad inuicẽ: Quid ẽ hoc qd dic nobis: modicũ ⁊ iã nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me ⁊ qa vado ad pre3. dicebãt ergo: Quid ẽ hoc quod dicit: modicum? nescimus qd loqr. Cognouit ãt iesus q̃r volebãt eũ iterrogare: ⁊ dicit eis: de hoc q̃ritis inter vos q̃r dixi modicu3 ⁊ non videbitis me: ⁊ ite3 modicũ ⁊ videbitis me. Amẽ amẽ dico vobis: q̃r plorabitis ⁊ flebitis vos: mũdus ãt gaudebit. Vos ãt ptristabimini: sed tristitia vestra vertet in gaudiu3. Mulier cũ parit: tristitia3 h3: q̃r venit hora eius. Cum aute3 peperit pue3 iã nõ meminit pressure pter gaudiũ: q̃r natus est hõ in mũdu3. Et vos igit nũc qdẽ tristitiã habetis: ite3 autẽ videbo vos. Et gaudebit cor vestrũ: ⁊ gaudiũ vestru3 nemo tollet a vobis. Offer. Lauda anima mea dñm: laudabo dñ3 i vita mea: psallam deo meo q̃3diu ero: alła.

His nobis dñe mysterijs Sec. pferatur quo terrena desideria mitigãtes discamus amare celestia. p. Cõ. Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me alła: ite3 modicũ ⁊ videbitis me: q̃r vado ad prẽm: alła alł. Copl.

Sacramẽta q̃ sumpsimus dñe q̃s ⁊ spiritalib⁹ nos istruãt alimẽtis: ⁊ corpalib⁹ tueãt auxilijs p. ¶ Fer. iiij. Lcõ ioãnis apłi.ij. cap.

Carissimi. Hec scribo vobis:

vt non peccetis. Sed ⁊ siquis peccauerit aduocatū habemus apud patrem iesum christum iustum: ⁊ ipse ē ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is: nō ꝓ nr̄is aūt tm̄: ſ3 ēt ꝓ totius mūdi. Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eū si mandata eius obseruamus: q dicit se nosse deū ⁊ mādata eius nō custodit: mēdax est: ⁊ veritas in eo nō est. Qui aūt seruat verbū eius: vere in eo charitas dei perfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit ⁊ ipse ambulare. Charissimi: nō mādatum nouū scribo vobis: sed mandatū vetus qđ habuistis ab initio. Mandatū vetus est verbum quod audistis. Iterū mandatū scribo vobis: qđ est verū: ⁊ in ipso ⁊ i vobis: q꞉ tenebre trāsierūt: ⁊ lumē verū iā lucet per iesum christū dn̄ū nr̄m. Scđm ioannem.iij.ca.

In illo tpe: Facta est qōstio ex discipulis ioannis cū iudeis de purificatiōe: ⁊ venerūt ad ioānē ⁊ dixerunt ei: Rabbi q erat tecū trās iordanem cui testimoniū phibuisti: ecce hic baptizat: ⁊ oēs veniunt ad eū. Rn̄dit ioannes ⁊ dixit: Nō pōt hō accipere quicq̄: nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi testimoniū phibetis: ꝙ dixerim: non sum ego christus: sed q꞉ missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autē sponsi qui stat ⁊ audit eū: gaudio gaudet: propter vocē sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletū est: illum oportet crescere: me autē minui. Qui desursum venit: sup oēs est: qui est de terra: de terra est: ⁊ de terra loquitᷣ: qui de celo venit super oēs est: ⁊ qđ vidit ⁊ audiuit: hoc testatur: ⁊ testimonium eius nemo accipit: qui autē acceperit testimonium eius signauit: quia deus verax est. Quem enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mēsurā dat deus spm̄. Pater diligit filiū: ⁊ oīa dedit in manu eius. Qui credit i filiū habet vitā eternā. Qui aūt incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eū.

¶ Feria.vj. ad colossen.ij.ca.

Fratres: dico vobis: vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum: Nā etsi corpore absens sū: sed spū vobiscum sum: gaudens ⁊ videns ordinem vestrū ⁊ firmamē tū eius q̄ est in christo fidei vr̄e. Sicut ergo accepistis christū dn̄m iesū: in ipso ambulate: radicati ⁊ superedificati in ipso ⁊ cōfirmati in fide: sicut ēt didicistis. Scđm ioānē.xij.c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis: Ego lux in mundum veni: vt oīs q credit in me: in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea ⁊ nō custodierit ego non iudico eum. Non enī veni vt iudicem mundum: sed vt saluificē mundū. Qui spernit me ⁊ nō accipit verba mea habet q iudicet eū. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die: q꞉ ex meipso nō sū locutus. sed qui misit me pr̄: ipse mihi mandatū dedit qđ dicā ⁊ qđ loq̄r: ⁊ scio q꞉ mādatū eius vita eterna est. Que ergo loquor sicut dixit mihi pr̄ sic loquor.

Dominica quarta. Introitus.

[C]antate dño cãticuʒ nouũ allꝉa: q: mirabilia fecit dñs allꝉa: ante cõspectuʒ gentium reuelauit iustitiã suã: allꝉa allꝉa. Ps. Saluabit sibi dexteram eius ꝛ brachium sanctum eius.

[D]Eus q fideliuʒ mentes Oro. vni⁹ efficis volũtatis: da populis tuis id amare qđ ꝑcipis: id desiderare qđ ꝓmittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. oro sola dr. Lectio iacobi apli. i. c.

[C]Arissimi. Omne datum optimum ꝛ oẽ donuʒ pfectuʒ de sursum est: descẽdens a patre luminum: apud quẽ non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie eniʒ nos genuit verbo veritatis: vt simus initiuʒ aliquod creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi: sit autẽ oĩs hõ velox ad audienduʒ: tardus ad loquẽdũ ꝛ tardus ad iraʒ. Ira eniʒ viri: iustitiam dei nõ operatur: ꝓpter qđ abijcientes oẽm immunditiam ꝛ habundantiaʒ malitie: in mãsuetudine suscipite insitũ verbuʒ qđ põt saluare aĩas vestras. Allꝉa. V. Vado ad eũ q me misit: ꝛ nemo ex vobis interrogat me q̃ vadis. Allꝉa. Surrexit pastor bonus. lxxxi. Scdm ioannem. xvi. capitu.

[I]N illo tempore: dixit iesus discipulis suis: Vado ad eũ qui me misit: ꝛ nemo ex vob iterrogat me quo vadis. Sed q: hec locutus sum vobis tristitia ipleuit cor vestruʒ. Sed ego veritatẽ dico vobis expedit vobis vt ego vadã. Si eni non abiero paraclitus non veniet ad vos. si autẽ abiero mittã euʒ ad vos. Et cuʒ venerit ille arguet mũduʒ de peccato: ꝛ de iustitia: ꝛ de iudicio. De peccato qdẽ q: nõ credũt in me. De iustitia vero q: ad prem vado ꝛ iã non videbitis me. De iudicio aũt q: princeps mũdi huius iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cuʒ auteʒ venerit ille spũs veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Non eniʒ loquetᷣ a semetipso: sed q̃cunqʒ audiet loq̃tur: ꝛ q̃ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet ꝛ annunciabit vobis. Offer. Iubilate deo vniuersa. xviij. Reqre in dñica. ij. post epiphaniã. Secre.

[D]Eus q nos ꝑ huius sacrificij venerãda cõmercia vnius summeqʒ diuinitatis ꝑticipes esse fecisti: ꝑsta q̃s: vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eã dignis moribus assequamur. Per. Co. [C]ũ venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundũ de peccato ꝛ de iustitia ꝛ de iudicio: allꝉa allꝉa. Cõplen.

[A]Desto nobis dñe deus noster: vt ꝑ hec q̃ fideliter sumpsimus ꝛ purgemur a vitijs: ꝛ a periculis oĩb⁹ exuamur. Per. Feria. iiij.

[F]Ratres: Oẽs ad thessal. v. c. vos filij lucis estis: ꝛ filij dei. Non sumus noctis neqʒ tenebrarũ. Igitᷣ non dormiamus sicut ceteri sed vigilemus ꝛ sobrij simus.

Qui enim dormiunt nocte dormi-
unt ⁊ qui ebrij sunt nocte ebrij sūt.
Nos autem qui diei sumus: sobrij
sumus: induti loricā fidei ⁊ chari
tatis: ⁊ galeam spem salutis: quoni
am non posuit nos deus in irā: sed
in acquisitionē: per dominū nr̄m
iesum xp̄m qui mortuus est pro no
bis: vt siue vigilemus siue dormia
mus simul cū illo viuamus: ꝓpter
qd̄ ꝯsolamini inuicē: ⁊ edificate al-
terutrū sicut ⁊ facitis: in chr̄o iesu
dn̄o nr̄o. Euāgelium. In illo tēpo
re respiciens iesus in discipulos su-
os dixit: pater sancte. lv. Require in
vigilia palmarū in medio euāgelij.
Subleuatis iesus oculis. ¶ Feria
sexta ad thessaloni. v. capitu.
F Ratres: de tpibus autē ⁊ mo
mentis nō indigetis: vt scribamus
vobis: ipsi eni diligenter scitis: qa
dies dn̄i sicut fur in nocte ita veni-
et. Cū eni dixerint: pax et securitas
tūc repētinus eis superueniet interit⁹
sicut dolor i vtero habēti: ⁊ nō effugi
ent. Uos āt frēs nō estis i tenebris: vt
⁊ vos dies illa tanq̄ fur cōprehen
dat. Oēs eni vos filij lucis estis ⁊
filij dei. Scd̄m Joannē. xiij. ca.
I N illo tpe: dixit iesus discipu-
lis suis: Filioli: adhuc modicū tē-
pus vobiscum sum. Queritis me ⁊
sicut dixi iudeis quo ego vado vos
non potestis venire: ⁊ vobis dico
modo. Mandatum nouum do vo
bis: vt diligatis inuicem sicut dile-
xi vos: vt et vos inuicem diligatis.
In hoc cognoscēt omnes quia mei
estis discipuli: si dilectionē habue
ritis adinuicem. Dicit ei simon pe
trus: Domine quo vadis? Rn̄dit
iesus: Quo ego vado non potes
me modo sequi: sequeris autē po
stea. ¶ Dominica quīta Introit⁹.

Ocem iocūdita-
tis annunciate ⁊
audiat̄ all'a: nun-
ciate vsq̄ ad ex-
tremum terre li-
berauit dn̄s po-
pulū suū all'a all'.
ps. Jubilate do
oīs terra: psalmum dicite nomini eius
date gloriam laudi eius. Oro.
D Eus a quo bona cuncta ꝓce
dūt: largire supplicibus tuis: vt co
gitemus te inspirante que recta sūt:
⁊ te gubernante eadem faciamus.
Per. Lectio iacobi apostoli. j. ca.
C Arissimi: Estote factores v-
bi: ⁊ nō auditores tm̄: fallen
tes vosmetipsos: quia siquis audi-
tor est verbi ⁊ non factor: cōpara-
bitur viro consideranti vultū nati-
uitatis sue in speculo. Cōsiderauit
enim se ⁊ abijt: ⁊ statim oblitus est
qualis fuerit. Qui autem perspexe
rit in lege pfecte libertatis ⁊ pmāse-
rit in ea non auditor obliuiosus fa
ctus: sed factor operis: hic beatus
in facto suo erit. Siquis autem pu
tat se religiosum esse nō refrenās lin
guā suam: sed seducēs cor suū hu
ius vana est religio. Religio mun-
da ⁊ imaculata apud deū ⁊ patrem
hec est. Uisitare pupillos ⁊ viduas
in tribulatione eoꝝ ⁊ imaculatum
se custodire ab hoc seculo. A lla. V
vsq̄ mō non potestis qcq̄ i noīe meo:
petite ⁊ accipietis. A lla. Surrexit

pastor bonus. lxxx. Scdm ioannem

In illo tpe: dixit iesus xvi. cap. discipulis suis. Amē amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Usqꝫ modo non petistis qcq̄ꝫ in nomine meo: petite ꝛ accipietis: vt gaudiuꝫ vestrum sit plenum. Hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora: cum iā non in prouerbijs loq̄r vobis: sed palam de patre annunciabo vobis. Illo die in noīe meo petetis. Et nūc dico vobis: q: ego rogabo patrē de vobis: ipse enīꝫ pater amat vos: quia vos me amastis ꝛ credidistis: q: a deo exiui. Exiui a patre: ꝛ veni in mundum. Iterum relinquo mundum: ꝛ vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palaꝫ loqueris: ꝛ ꝓuerbium nullum dicis. Nunc scimus q: scis oīa: ꝛ non est opus tibi vt quis te īterroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Offerto. Benedicite gētes dn̄o deo nr̄o: ꝛ obaudite vocē laudis eius qui posuit animam meā ad vitaꝫ: ꝛ nō dedit cōmoueri pedes meos: benedictus dn̄s qui non amouit deprecationē meā ꝛ misericordiā suā a me all'.

Suscipe domine fidelium preces cum oblatiōibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriā trāseam'. Per. Cō. Cantate dn̄o all': cātate domino ꝛ bn̄dicite nomen eius: bene nunciate de die in diem salutare eius alleluia alleluia. Cōplen. Tribue nob dn̄e celestis mense virtute satiatis: ꝛ desiderare que recta sunt: ꝛ desiderata percipere. P.

¶ In letania maiori. Introitus.

Exaudiuit de tēplo sācto suo voceꝫ meā all'a: ꝛ clamor me' i cōspectu ei' itroiuit in aures ei' all'a. all'a. ps. Diligā te dn̄e virt' mea: dominus firmamētuꝫ meū ꝛ refugium meum. hic non dicitur. Gloria in excelsis. nec Credo. Oratio. Presta q̄s oṗs deus: vt q in afflictione nr̄a de tua pietate confidimus: cōtra oīa aduersa tua ꝓtectiōe muniamur. Lcō iacobi apostoli. v. ca. Carissimi. Cōfitemini alterutrū pctā vestra: ꝛ orate ꝓ inuicē vt saluemini. Multū enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis ꝛ oratiōe orauit: vt nō plueret sup terrā ꝛ nō pluit annos tres ꝛ mēses sex: ꝛ rursum orauit: ꝛ celū dedit pluuiā: ꝛ terra dedit fructum suum. Siquis errauerit ex vobis a veritate ꝛ conuerterit quis eum scire debet quoniaꝫ qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue: saluabit animam eius a morte: ꝛ operit multitudinem peccatorum. Alla. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculuꝫ misericordia eius. Scdm lucam. xi. cap. In illo tpe: dixit iesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum: ꝛ ibit ad illum media nocte ꝛ dicet illi: Amice commoda mihi tres panes: qm̄ amicus meus venit de via ad me: ꝛ nō habeo qd

ponā ante illum. Et ille deintus respondēs dicat: noli mihi molestus eē: iā ostiū clausum est: ⁊ pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere ⁊ dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsans: dico vobis: etsi non dabit illi surgens: eo ꝙ amicus eius sit: ꝑpter iprobitatē tñ eius surget: ⁊ dabit illi quotquot hꝫ necessarios. Et ego vobis dico: petite ⁊ dabitur vobis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet̄ vobis. Omnis enim q petit accipit: ⁊ qui q̄rit inuenit et pulsanti aperiet̄. Quis autē ex vobis patrē petit panē: nunquid lapidē dabit illi: Aut piscē: nunquid ꝓ pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nūquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: quātomagis pater vester celestis de celo dabit spm̄ bonum petētibꝰ se. Offer. Cōfitebor dn̄o nimis in ore meo: ⁊ in medio multoꝝ laudabo eū q astitit ad dexterā paupis: vt saluā faceret a psequētibꝰ aīam meā all'.

Hec munera q̄s dn̄e Secreta. ⁊ vincula nr̄e prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis miſicordie dona concilient. Per. Prefatio quotidiana. Cō. Petite ⁊ accipietis: q̄rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ apiet̄ vobis: oīs eni qui petit accipit: ⁊ q querit inuenit ⁊ pulsanti aperiet̄. all'a. Cōplēda.

Uota nostra q̄sumus dn̄e pio fauore ꝓsequere: vt dū dona tua ī tribulatiōe pcepimus de cōsolatione nr̄a in tuo amore crescamꝰ. Per. ¶ In vigilia ascensionis. Introitꝰ. Uocē iocūditatꝭ. p totū Oro.

Presta q̄s ops̄ deus: vt illuc nr̄e mētis intētio quo solēnitatis venture gloriosus auctor ingressus est semp intēdat: ⁊ quo fide pergit conuersatione perueniat p. Ad ephese. iiij. cap.

Fratres: Uni cuiqꝫ nr̄m data est gr̄a ſꝫ mēsurā donationis xp̄i ꝑpter qd̄ dicit: Ascendens in altū captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Qd̄ aūt ascendit: qd est nisi q2 et descendit primum in inferiores partes terre. Qui descēdit ipse est q ⁊ ascendit sup oēs celos: vt adimpleret oīa. Et ipse dedit quosdā qdem apl'os: quosdam autē ꝓphetas: alios vero euangelistas: alios autē pastores ⁊ doctores ad ꝯsummationē sanctorum in opus ministerij ī edificationem corpis chr̄i: donec occurramꝰ oēs in vnitatē fidei ⁊ agnitionē filij dei in viꝝ pfectum in mēsurā etatis plenitudinis iesu christi dn̄i nr̄i.

Alla. ℣. Oēs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Euāg. Subleuatis iesus ocul'. Iꝰ. Reqre in vigilia palmaꝝ ⁊ finitur. Et ego ad te vēio. Of. Ascēdit deꝰ i iubilatiōe: ⁊ dn̄s i voce tube: all'a all'a.

Sacrificiū tibi dn̄e ꝓ filij tui supplices nūc venerabili ascēsione deferimus: p̄sta q̄s: vt ⁊ nos p ip̄m his sacrosanctis cōmercijs ad celestia cōsurgamus. p eun. Sec. Prefatio. Cō. Pater cū essē cū eis ego seruabā eos quos dedisti mihi all'. nūc autē ad te venio: nō rogo vt tollās eos de mundo: sed vt serues eos a malo alleluia alleluia. Cōplenda.

Tribue q̄s dn̄e: vt per hec sc̄a

que

que sumpsimus: illuc tendat nostre deuotiōis affectus quo tecū est nr̄a sba iesus xp̄s dn̄s nr̄. Qui te. ¶ In die scō fiat pcessio añ missam: vt in pcessionali ponit. Ad missas. Intr.

Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum all'a: quēadmodum vidistis eum ascendētem in celū: ita veniet all'. all'a. Ps. Oēs gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Oratio.

Concede q̄s ops̄ deus: vt qui hodierna die vnigenitū tuum redēptorē nr̄m ad celos ascēdisse credim⁹ ipsi quoq; mente in celestibus habitemus. Per eundē. que oīo sola dī. Lcō actuū apsoꝝ. j. cap.

Primū qdē smonē feci de oībus o theophile: q̄ cepit iesus facere ⁊ docere vsq; i diē q̄ pcipiēs aplīs p spm̄scm̄ quos elegit assumptus est. Quib⁹ ⁊ pbuit seips; viuū post passionē suā i multis argumētis: p dies q̄dragita apparēs: eis ⁊ loquēs de regno dei. Et cōuescēs pcepit eis ab hierosolymis ne discederēt: sed expectarēt pmissionē pr̄is quā audistis iq̄t p os meū: q: ioānes qdē baptizauit aq̄: vos āt baptizabimini spū scō: nō post multos hos dies. Igit̄ q cōuenerāt interrogabāt eū dicētes: Dn̄e si i tpe hoc restitues regnū isrl̄? Dixit āt eis: Nō ē vr̄m nosse tpa vel momēta q̄ pr̄ posuit in sua ptāte: s; accipietis virtutē supueniētis spiritusscti in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierusalē: ⁊ in oī iudea ⁊ samaria: ⁊ vsq; ad vltimum terre. Et cū hec dixisset: videntibus illis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Cumq; intuerent̄ in celū euntē illū. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: q ⁊ dixerunt: Viri galilei qd statis aspiciētes in celū: hic iesus q assumptus est a vobis in celum sic veniet quēadmodū vidistis eum euntē in celū. Alla. V. Ascēdit deus in iubilatione: ⁊ dn̄s in voce tube. Alla. V. Ascēdo ad patrē meū ⁊ patrē vestrū: deū meū ⁊ deū vestrū. Sequē.

Summi triūphū regis psequamur laude. Qui celi q terre regit scepra inferni iure domito. Qui sese p nobis redimēdis pmagnū dedit precium. Huic nomē extat cōueniēs iditū. Nā trāsiliuit oēs strenue mōtes: colliculosq; bethel. Saltū de celo dedit in virginalē vētrē: inde in pelagus seculi. Postq̄ illud suo mitigauit potētatu: tetras flegetontis assilijt tenebras. Principis illius disturbato imperio. Maniplis plurimis inde crutis mundū illustrat suo iubare. Captiuitatēq; detētā inibi: victor duxit secū. Et rediuiuū iā suis se prebuit seruis ⁊ amicis. Deniq; saltū dederat hodie maximū: nubes polosq; cursu ꝑpeti trāsuolans. Celebret ergo populus huc dies credulus cui⁹ morbida iditū corpa i semetipso altis sedib⁹ celi inuexit dei filius. Et tremēs iudicē expectat affutuꝝ: vt duo angeli frēs docuerāt. Qui iesus assumpt⁹ ē a vobis i celū: iteꝝ veniet vt vidistis eū. Iā iditū nr̄s vocib⁹ sedulis oēs iplorem⁹. Vt a dextris

pris q sedet: spũs mittat nobis sanctuȝ. In fine seculi ipse quoqȝ semp sit nobiscum. Scdm marcuȝ. xvj. capitu.

In illo tpe: Recũbẽtibus: vndecim discipulis apparuit illis iesus: ꝛ exprobꝛauit incredulitateȝ illoꝛum ꝛ duriciam cordis: qꝛ bis q viderant eum resurrexisse non crediderũt: ꝛ dixit eis: Euntes in mundũ vniuersum: pdicate euãgeliũ oi creature. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero non crediderit cõdẽnabitur. Signa aũt eos qui crediderint hec sequentur. In noie meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si moꝛtiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponent: ꝛ bene habebũt. Et quidẽ dñs iesus postq̃ȝ locutus est eis assumptus est in celum: ꝛ sedet a dextris dei. Illi aũt pꝛofecti pdicauerunt vbiqȝ dño cooperante ꝛ sermonem confirmante sequentibus signis. Offer. Viri galilei qd admiramini aspiciẽtes i celũ: hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quẽadmoduȝ vidistis euȝ ascendentem in celuȝ allˀa. Secreta.

Suscipe dñe munera que p filij tui glorioſa ascẽsione deferimus ꝛ cõcede pꝛopitius: vt a pꝛesentibus piculis liberemur ꝛ ad vitam pueniamus eternaȝ. Per eũ. Prefatio. Qui post resur. que pfatio dr vsqȝ ad vigiliã penth. Infra actione. Cõicãtes. ꝛ dr p totã octauaȝ. Cõ. Psallite dño qui ascendit sup celos celoꝝ ad oꝛiẽtẽ allˀ. Cõplen.

Presta nobis q̃s ops ꝛ misericoꝛs deus: vt que visibilibus mysterijs sumẽda pcepimus inuisibili consequamur effectu. p. ¶ Feria sexta. Lectio actuũ aploꝝ. iiij. cap.

In diebus illis. Multitudinis credentiũ erat coꝛ vnum ꝛ aia vna: nec quisq̃ȝ eoꝝ q̃ possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis oia communia: ꝛ virtute magna reddebãt apostoli testimoniũ resurrectiõis dñi nr̃i iesu chꝛi: ꝛ gr̃a magna erat in oibus illis. Neqȝ enim quisq̃ȝ egens erat inter illos. Quot quot eniȝ erãt possessoꝛes agroꝛuȝ ꝛ domoꝝ vendẽtes: offerebant precia eoꝝ q̃ vendebantur: ꝛ ponebãt ante pedes apostoloꝝ. Diuidebant aũt singulis pꝛout vnicuiqȝ opus erat. Scdm lucam. xxiiij. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ego mittam pꝛomissuȝ patris mei in vos: vos aũt sedete in ciuitate quoadusqȝ induamini virtute ex alto. Eduxit aũt eos foꝛas in bethaniã: ꝛ eleuatis manibus suis bñdixit eis. Et factũ est dũ bñdiceret illis recessit ab eis: ꝛ ferebatur in celũ. Et ipsi adoꝛantes regressi sunt in hierlˀm cũ gaudio magno: ꝛ erãt sp in tẽplo laudantes ꝛ bñdicentes deũ. ¶ Dñica post ascẽsionẽ. Intr.

Exaudi dñe vocẽ meaȝ q̃ clamaui ad te allˀ. tibi dixit coꝛ meũ q̃siui vultũ tuũ: vultũ tuum dñe requiram: ne auertas faciem tuã a me allˀ. allˀ. Ps. Dñs illuminatio mea ꝛ sa

O lus mea: quem timebo? Orō. Omnipotēs sempiterne de⁹: fac nos tibi sp: ⁊ deuotā gerere volūtatem ⁊ maiestati tue syncero corde seruire. ¶ Et fiat cōmēoratio de ascēsiōe. L. eplē btī petri aplī. i. iiij. c

Charissimi: estote prudētes ⁊ vigilate i orōnibus: añ oia āt mutuā i vobmetipsis charitatē ɔtinuā hñtes: q: charitas opit multitudinē pctōꝝ. Hospitales inuicem sine murmuratiōe: vnusqsq; enim sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrantes sicut boni dispēsatores multiformis grē dei. Siqs loquitur q̄si sermones dei: siqs ministrat tāq̄ ex virtute quā administrat deus: vt i oib⁹ honorificet ds: p iesū chrm dñm nrm. A lla. ℣. Cū aūt venerit ille spūs veritatis docebit vos oēs veritatē: ⁊ q̄ vētura sunt annūciabit vobis. A lla. ℣. Dñs i syna in scto: ascendēs i altū captiuā duxit captiuitatē. Sequētia. Sūmi triūphus regis ɔseq. vt supra. Scdm ioā. xv. c.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paclit⁹ quē ego mittā vobis a patre spm̄ veritatis q a prē ɔcedit ille testimoniū phibebit de me: ⁊ vos testimoniū phibebitis: q: ab initio mecū estis. Hec locut⁹ sū vobis: vt nō scādalizemini. absq; synagogis faciēt vos. Sz venit hora vt ois q iterficit vos: arbitret obsequiū se pstare deo: ⁊ hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini: q: ego dixi vobis. Offer. Lauda anima mea dñs: laudabo dñm in vita mea: psallam deō meo q̄zdiu fuero alla. Secreta.

Sacrificia nos domine īmolata purificēt: ⁊ mentibus nrīs supne gratie dent vigorez. Per. Cō. Pater cū essem. lxxxvj. Require i vigilia ascēsiōis. Cōplē.

Repleti dñe muneribus sacris: da qs: vt in grāꝝ semper actione maneamus. P. In ferijs Glia i excelsis. ⁊ Credo dr. ¶ Feria. iiij. ad Hebreos. ij. ca.

Fratres: vidimus iesū ɔpter passionē mortis: glia ⁊ honore coronatū: vt grā dei ɔ oibus gustaret mortē: decebat eniz eū ɔpter quē oia ⁊ p quē oia q multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eoꝝ p passionem cōsummari. Qui eni sanctificat ⁊ q sanctificantur ex vno oēs: propter quā causā non ɔfundit fratres eos vocare dicens: Nūciabo nomē tuū fratrib⁹ meis in medio ecclesie laudabo te. Et iteꝝ: Ego ero fidēs in eū. ⁊ iteꝝ: Ecce ego ⁊ pueri mei quos dedit mihi deus: q: ergo pueri cōicauerunt carni ⁊ sanguini: ⁊ ipse similiter participauit hisdē: vt per mortē destrueret eū q habebat mortis imperiū: idest diabolū: ⁊ liberaret eos qui timore mortis per totam vitaz obnoxij erāt seruituti. Nusq̄ enim angelos apprehendit: sed semē habrae apprehendit. Unde debuit p oia fratribus simulari: vt misericors fieret: ⁊ fidelis pōtifex ad deū: vt repropitiaret delicta ppli. In eo enim in quo passus est ipse: ⁊ tentatus est: ⁊ eis qui tentātur auxiliari: vnde fratres sancte vocationis ce-

lestis participes cõsiderate aposto-
lũ: ⁊ põtificẽ cõfessiõis nr̃e iesum
xp̃m dñm nr̃m. Scḋz lucã. xxiiij. c.
IN illo tp̃e: dixit iesus discipu-
lis suis: Ecce ego mittã ꝓmis-
sum patris mei in vos. Vos autez
sedete in ciuitate quoadusqz indua
mini virtute ex alto: eduxit ãt eos
foras in bethaniã: ⁊ eleuatis mani-
bus suis benedixit eis. Et factũ est
duz benediceret illis: recessit ab eis:
⁊ i celũ ferebat̃: ⁊ ipsi adorãtes re-
gresse sunt in hierl'm cũ gaudio ma
gno: ⁊ erãt semp in tẽplo laudãtes
⁊ bñdicẽtes deũ. ¶ In octaua ascẽ
siõis p oĩa: vt i die sancto. ¶ Feria
vi. fiat officiũ de dñica ĩfra octauaz
per oĩa exceptis epistola ⁊ euange-
lio. Ad corinth. vii. epistole prime.
FRes: Unusqsqz in qua voca
tiõe vocatus ẽ i ea pmaneat.
Seruus vocatus es: nõ sit tibi cu-
re: sed ⁊ si potes liber fieri magis
vtere: q eni in dño vocatus est ser-
